3 6

Enchiridion Sacerdotale,

concinnatum ad ſalutarem eruditionem Chriſtifidelium ab longe Reuerendo in Chriſto Patre Domino Ioanne Marre,Condomieñ. Epiſcopo.In quo hæc ſunt capita.

Quæ ſint de Deo,& de Sancta Trinitate credẽda.

Symboli Apoſtolici explanatio.

Quinq; verborum,ſcilicet quæ ſint credenda,agenda,vitanda,timenda,& ſperanda,explicatio.

Orationis Dominicę declaratio:cum virtutum pręcipuarum enucleatione.

De Pœnitentia.XVIII.Capitum Libellus, Decalogum Dominicum late elucidans.

Regulæ Morales M.Ioannis Gerſon.

Symboli ſeu Cantici Athanaſiani expoſitio.

Sub Prælo Aſcenſiano.

Digitized by Google

1 Plurimum ſuis meritis obſeruando & longe Reuerendo
Condomieñ. Præſuli Domino Ioanni Marre: Iodocus Ba
dius Aſcenſius cum omni obſeruantia Salutem.

LEGI, ꝑlegi, & relegi, idqꝫ non ſe
mel, cū ſingulari interioris huius
hoīs alacritate & ꝑne exultatiōe
tuū (ſic enī inſcribēdū mihi viſū,
nā ipſe (q̄ tua eſt modeſtia) nomē
nō indidiſti) Sacerdotale enchiri
diō, nō ſacerdotibꝰ mō, verū omi
bus Chriſtianis ſemp in manibꝰ
immo in p̄cordiis atqꝫ ītimis ani
mi viſceribus habendum. In quo
tam graphice, tā cōpēdioſe, tā do
cte, tāqꝫ penitus diuine, ex optimis qbuſqꝫ & laudatiſſimis
auctoribus collegiſti, q̄ ſint amāda, credēda, ſperāda: Qua ra
tiōe deꝰ optimꝰ maximꝰ cognoſcēdus, obſeruādus, amādꝰ,
vt nihil ſupra. Nihil enī p̄termittis, qđ ad diuinæ ſubſtātiæ
ſimpliciſſimę vnitatis, aut ꝑſonarū diuinarū admirādę trini
tatis, aut animoꝝ noſtroꝝ, aut articuloꝝ fidei, aut diuinoꝝ
p̄ceptoꝝ cognitionē ſcitu ſit neceſſariū. Quin adeo oīa tāto
delectu collegiſti, vt plane neſciā, qd in iſtis collectaneis de-
mirer primū: ſentētiarū ne pōdera, an dicēdi breuiter citra
obſcuritatē, felicitatē, an deligēdi q̄ colligeres & diceres iudi
ciū: an demū diuini ingenii tui modeſtiam & acumē. Mode
ſtiā qdē, ꝙ ſic q̄ collegiſti magnorū auctorū noībus p̄munis,
vt nihil tuū eſſe videat: acumē aūt ꝙ ita oīa ſtyli tēperamē-
to & cēſura argutiſſima cōmiſces, vt tuū vnīꝰ opus oībꝰ cō
probet. Quocirca ſtatim aptaui prę la, & in cōpluria impſſi
exēpla: vt q̄plurimis eorū habēdi facultas fiat. Quā audaciā
(vti ſoles quę nō iniquo nec penitus incōſulto fiūt animo)
in partē accipias bonā rogamus. Vale eccleſiæ catholicæ de
cus & pręſidiū ſane q̄ amplū. Ex chalcographia noſtra apud
Parrhiſiorū Lutetiā ad Octauū Kalēdas Decēb. MDXIX.

¶Reuerendi Patris Ioannis Marre Condomieñ. Epiſcopi in Enchiridii Sacerdotalis Collectanea Præfatio.

FECIT DEVS, vt ait Auguſtinus: creaturam rationalē: vt ſummū bonū intelligeret: intelligendo amaret: amādo poſſideret:poſſidendo frueretur eo tanq̃ vltimo fine oē deſiderium implente. Et idē Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana ait. Quia bon9 eſt deus:ſumus:& inquantum ſumus: boni ſumus. Et ſi q̃ratur ad quid creati ſimus: Reſpondet. Ad laudandū deū:ad ſeruiendū ei: & ad fruēdū eo. In qb9 nos ꝑficim9:nō ipe de9. Ipſe enī ꝑfectus eſt: & ſūma bonitate plenus:nec augeri poteſt nec minui. Atteſtatur hoc propheta regius Pſalmo. xv. dicēs. Bonorū meorum nō eges. Et ipſa veritas. Lucæ xvii. Cū feceritis oīa q̄ p̄cepta ſunt vobis:dicite ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere:fecimus.

¶Eſt quidem admiratione dignum de vita noſtra mala:facta enim accaratione obligationis noſtræ ad modum viuendi qui communiter currit: dicere audacter poſſumus cum propheta regio. pſalm. lii. Non eſt qui faciat bonum:non eſt vſq; ad vnū. Pro tanto idem Aug. de fide ad Petrum ſic ait. Omnia

Digitized by Google

ſiquidem huius mundi mala & peccata inde proueniunt:qa fides de æterna vita tanq̃ dubia & incerta habetur. Si enim homines futurã vitã firmiter crederẽt:ꝑut tenẽtur:nunq̃ peccarẽt. Eapropter cũ tales in fide ſint dubii: infideles manent. de hære.c.i.

Animę rationales immortales.

Ne igitur homines ex hac ignorantia vel (vt ita loquar) potius diabolica verſutia:in peccatis remaneãt:expedit probare rationibus:auctoritatibus:& exemplis:animas noſtras eſſe immortales: atq; poſt hanc vitã eas vel in gloria perpetuo & ſine fine victuras ſi bona fecerint:vel ꝑpetuis cruciatibus torquendas ſi in peccato mortali abhinc tranſierint. Hæc concluſio probatur veriſſima per Richar. in ſecundo ſenten.diſt.xix.arti.primo.Q.prima. Et per ſanctum Bonauenturam.Et Rodulphũ Neapolitanum eadẽ diſt.Et beatum Tho.in Summa cõtra gẽtiles libro ſecũdo.c.lxxviii. Et ĩ prima parte ſuę ſummę.Q.lxxv.arti.vi.Et in his locis ad longum:ne legẽtes tedio afficiam.

Fidei neceſſitas.

TESTE Apoſtolo ad Hebrę.xi.Sine fide impoſſibile eſt placere deo.Pro tanto (ſcđm eũdem) Accedentem ad deum oportet credere quia eſt:& inquirentibus ſe remunerator ſit. Ad deũ nõ acceditur (teſte Aug.) nec ab eo diſceditur paſſibus corporalib9:ſed affectib9 mẽtis. Cũ vbiq; eſſe primo & ꝑ ſe ſit propriũ dei.

Credere quid.

¶ Credere (teſte Tho.de Aquino in ſecũda ſcđę.Q.ſecũda. arti.ix. in

corpore. Q.eſt actus intellectus aſſentientis veritati
diuinæ ex imperio volũtatis motæ a Deo ꝑ gratiã.
¶De eſſe enim Dei nihil eſt quod pręterierit(teſte Eſſe Dei
Auguſtino)neq; affuturum quod nõdum ſit. Cum
dominus Deus loquens de ſe ipſo ad Moyſen indi-
cando ei nomen ſuum,ad illud filiis Iſrael nominan-
dum:dicat Exo.iii.Ego ſum qui ſum. Q꜌ ſi dixerint
tibi quod eſt nomẽ meum:Sic dices filiis Iſrael:Qui Qui eſt.
eſt:miſit me ad vos.

SCRIPTVRA diuina:& omniũ catholico Trinita-
rũ doctorũ ſententia:& fides noſtra habet: tis ſanctę
Q꜌ in vnitate diuinæ naturæ tres ſunt ꝑſo fides.
næ:ſcilicet ꝑſona patris:ꝑſona filii:& ꝑſona ſpiritus
ſancti. Quarũ prima a nulla ꝓcedit:cũ ſit principiũ
nõ de principio.Secũda ꝑ æternã generationẽ pro-
cedit a ſola prima.Et talis emanatio eſt per modum
naturæ.Tertia per cõmunem ſpirationẽ ſeu proceſ-
ſionem a prima & ſecũda:hoc eſt a patre & filio tã-
q̃ ab vno principio & vnica ſpiratione.Et talis ema-
natio eſt per modũ amoris & voluntatis.Teſte Au-
guſtino,Mens,Notitia,Amor,Mens fœcũda pater.
Notitia illiꝰ mẽtis fœcũdę filiꝰ.Amor ꝓcedẽs a ta-
li mẽte fœcũda:& cõceptu mẽtis illiꝰ:ſpũs ſanctus. Perſona

QVID aũt ſit ꝑſona prout hic ſumit̃:Reſpõ- quid.
det Richar.de ſancto Victore:q꜌ eſt intelle-
ctualis naturæ incõicabilis exiſtentia. Nota
mus i patre(ſecd̃m Aug.)vnitatẽ:In filio ęqualitatẽ:

In Spiritu ſancto illius vnitatis & ęqualitatis cōcor diā: cū ſit nexus amborū. Subdēs ipſe Aug. Eſt q̄dā ineffabilis in illa trinitate cōplexus non genitus: ſed genitoris genitiq; ſuauitas: ingenti largitate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Ita ſane intelligendo q̄ trinitas perſonarum non excludit ab eſſentia diuina ſummā vnitatē: ſimplicitatē: immenſitatem: æternitatem: & incōmutabilitatem: ſed cū hoc includit ſummā fœcunditatem: charitatem: germanitatem: & inſeparabilitatē. Huius ratio per hoc patet: Quia qui crederet Deum nō poſſe ſe ſumme communicare: hoc eſt ſuæ maieſtatis plenitudinem alteri dare: & illā eādē ſibi retinere: negaret in eo potentiā. Quod eſſet contra illud Eſaię. lxvi. Si ego qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero? quaſi dicat q̄ non. Qui vero crederet Deum hoc poſſe: ſed neſcire: negaret in eo ſapientiā. Quod eſſet contra illud Hieronymi in Sermone de Aſſumptiōe noſtrę Dominę: vbi inter alia verba p̄ maxima ſubdit. Scit enim Deus omnia & poteſt. Qui autē crederet eū hoc poſſe & ſcire ſed nolle: negaret in eo bonitatē. Quod eſſet contra illud Dionyſii de cœleſti hierarchia. ca. iiii. vbi etiā pro maxima tenet: Q2 omne bonum de ſui natura eſt ſuiipſius diffuſiuum & communicatiuū. Cum igitur Deus potuerit: ſciuerit: & voluerit ſe ſumme cōmunicare: hoc fecit æternaliter habendo dilectum & condilectum filium & ſpiritū

ſanctum. Trinitatem vero perſonarum cum vnitate diuinæ naturę: & vnitatem diuinæ eſſentiæ cum perſonarũ trinitate ſcrutari (ſecundũ Bernardum) temerarium eſt: credere pietas: ſcire vita æterna. teſte veritate infallibili in Ioanne. xvii. ca. Hęc eſt autẽ vita æterna vt cognoſcãt te ſolum deũ verũ: & quẽ miſiſti IESVM Chriſtũ: Etiã cũ ſancto ſpiritu. Credere enim hoc oportet: ſcrutari nõ licet. Iuxta illud Eſaię. liii. Generationẽ ei9 quis enarrabit? generationẽ ſupple ęternã. Eius ſcilicet filii a patre: quis enarrabit? quaſi dicat, nullus mortalis in hac vita. Cum (teſte Augu.) nec periculoſius alicubi erretur: nec laborioſius aliquid quęrat: nec fructuoſius aliqd inueniatur. Cõfirmat hoc etiã Hiero. ſubdens. Ex verbis inordinate prolatis vbi ſermones de hoc fiunt: de facili & leui quis cadere poteſt in errorem & hæreſim. Et ideo oportet in pręſenti vita vti verbis limatis & caſtigatis: vitãdo duos p̃cipue errores: Sabellii videlicet, qui cũ vnitate eſſentiæ aſſeruit licet temere, vnitatẽ pſonę. Et Arrii: qui cũ trinitate perſonarum aſſeruit: licet hęretice: trinitatẽ ſubſtantiarum: filium & ſpiritum ſanctũ creaturas: non creatorem, minus catholice aſſerendo.

IN hac parte p̃cipue quo ad trinitatẽ pſonarũ: fides noſtra innititur reuelationi factę veris prophetis: Apoſtolis: & Euãgeliſtis q canonicos libros ſcripſerunt: nõ aũt reuelationi ſi aliqua facta fuerit aliis

doctoribus. Vnde Augu.in epiſtola ad Hiero.Solis eis ſcripturarum libris qui canonici appellantur: di dici hunc honorē deferre:vt nullum eorū auctorem ſcribendo in aliquo defeciſſe firmiſſime credā.Alio rū vero libros ita lego:vt quantalibet ſanctitate do ctrinæ prępolleant : non ideo verū eſſe putem quia ipſi ita ſenſerunt.Ex quibus verbis Auguſtini neceſ ſario infertur:ꝙ maior eſt auctoritas ſacri canonis biblię:q̄ omnis humani ingenii perſpicacitas. Con- firmat hoc Petrus Apoſtolorū princeps in ſua ſecū da canonica.c.primo:& in fine illius ſubdēs hęc ver ba formalia.Non enim volūtate humana allata eſt aliquando prophetia:ſed ſpiritu ſancto inſpirati lo- cuti ſunt ſancti dei homines.Prophetia enim(ſecū- dum Macrobium)eſt inſpiratio ſeu reuelatio diui- na rerū euentus immobili veritate denūcians. Tria enim fecit Spiritus ſanctus in veris prophetis.Pri- mo tetigit cor:inſpirationes & reuelatiōes diuinas immittendo.Secundo illuminauit mentem: talium inſpirationum & reuelationum ſenſum & intelligen tiam prębendo.Tertio aperuit os:ad proferendum tales inſpiratiōes & reuelationes cōgrua verba mi- niſtrādo. Iuxta illud ꝓphetę Regii:Lingua mea ca- lamus ſcribę velociter ſcribētis. hoc eſt Spūs ſācti.

Deꝰ vnꝰ, & trinus.

QVOD ſit vnus deus in eſſentia:probatur. Deutero.vi.Audi Iſrael: Dominus Deꝰ veſter deus vnus eſt,Qꝫ autē ſit trinꝰ in per-

Digitized by Google

ſonis:atteſtatur Moyſes Gene.primo ſubdens hæc verba formalia.Et ſunt verba ipſius patris ad ſeipſum:ad filium: & ad Spiritum ſanctum: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Dicendo:faciamus & noſtram:quæ pluratiua ſunt: trinitatē perſonarū inſinuat: vbi vero ſingulariter imaginem & ſimilitudinem:vnitatem diuinæ naturę aperte oſtendit. Q ſit vnus & trinus: apertiſſime ex illis verbis infertur.Et in Geneſi.xviii. Abraham in cōualle Mābrę tres viros vidit,& vnū adorauit.Et propheta Regius pſal.xxxii. Verbo domini cœli firmati ſunt:& ſpiritu oris ei9 omnis virtus eorū.Ibi tres expreſſit perſonas diuinas,ſcilicet patrem:cū dicit:Domini:& filiū:cum dicit: Verbo & oris:& ſpiritū ſanctū cum dicit: Et ſpiritu.Nam ad literam:dn̄s.i.pater, in verbo & ſpū.i.per filiū & ſpiritū ſanctum fecit cœlos.Etiam in ſenſu myſtico ſic Verbo.i.doctrina.domini.i.filii dei p̄ris.cœli.i. Apoſtoli & alii.Chriſti diſcipuli firmati ſunt. Et ſpiritu oris eius.i.ſpū ſancto:omnis virtus eorū:nam in deſcenſu Spūs ſancti die quinquageſimo poſt reſurrectionē conſecuti ſunt eloquentiā in linguis: audaciā in tormētis:efficaciā in miraculis:& protectionē a vitiis:vt ait Hugo Cardinalis. Et idē ꝓpheta Pſal. lxvi.Benedicat nos de9.ſupple pater.Benedicat nos deus noſter.fili9.Benedicat nos deus.Spūs ſanctus. In ſingulari ſubdēdo, Et metuāt eū oēs fines terrę.

Digitized by Google

Et Eſaias nõ ſolũ propheta quinimmo euãgeliſta.vi. cap.Sanctus:Sanctus:Sanctus inquit:ſubdẽdo etiã in ſingulari, Dominus exercituum. Et idem.xlviii. cap.Et nũc ſcilicet tempore naturæ humanę aſſumptę & vnitę verbo, miſit me dñs deus pater:& ſpiritus eius ait dñs deus ſanctus redemptor Iſrael. Et Matth. iii. quando ipſe Chriſtus venit ad Ioannem vt baptizaretur: Deus pater apparuit in voce:filius in carne:& ſpũs ſanctus in columbę ſpecie. Et item Matth.xvii.in tranſſfiguratione Chriſti: Pater apparuit in voce:filius in carne:& ſpiritus ſanctus in nube lucida.Et Ioannes euangeliſta in canonica prima v.ca.Tres ſunt qui teſtimonium dãt in cœlo: Pater, Verbum,& Spiritus ſanctus. Et hi tres vnum ſunt. Tres ſunt etiam qui teſtimonium dant in terra:Spiritus,Sanguis,& Aqua.Et ipſa veritas quæ a nullo poteſt falli, nec alios fallere.Matth.vltimo.Euntes in mundum docete omnes gentes:baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti.

Aia humana.

ET eſt notandum ꝙ Anima humana eſt ad dei ſimilitudinẽ in vnitate. Quia ſicut deus vnus exiſtẽs eſt in toto ſuo ſeculo:ſic anima vnica exiſtens eſt in toto corpore ſuo.Et etiam in trinitate: quia ſicut in deo eſt trinitas perſonarum in vnitate eſſentiæ: ita & in anima humana ſunt tres potentiæ diſtinctæ proprietatibus ſuorum actuum in vnica eſſentia animæ: ſcilicet Memoria: Intellectus: & voluntas.

Digitized by Google

Et ſicut ex memorari orit̃ actus intellectus, hoc eſt
intelligere:& ex vtroq; ſimul procedit actus volun-
tatis,hoc eſt velle:Sic ex Deo patre oritur vel gigni
tur Dei filius:& ex vtroq; ꝓcedit Spiritus ſanctus.
Et hæc omnia in vnitate eſſentiæ Dei ſunt inſepara
biliter:ſicut & potētię animę ſunt inſeparabiles ab
anima.Verūtamen inſequendo determinationē ec-
cleſię:non poteſt tanta ſimilitudo notari inter crea-
torem & creaturam:quin maior diſſimilitudo note
tur.vt in cap.Damnamus.de ſum.tri.& fide catho.

Etiā per ꝓductionē quæ reperit̃ in eſſe ꝓducto
de nihilo,poteſt ꝓbari productio Dei de Deo.

VLTERIVS poſſumus idē probare per pro
ductiones repertas in creaturis,arguēdo ꝑ
illas ꝓductionē eſſe i Deo. Vnde cū in hoie
reperiant̃ duæ ꝓductiones,ſcilicet vna naturalis: &
altera artificialis:quia homo ꝓducit hoīem de hoie
naturaliter:& domū ꝑ artē & nō de hoie:ſed de alie
na materia:& ſic artificialiter : quare ergo in ſūmo
Deo q dedit hoc homini:nō erūt duę ꝓductiōes,ſci
licet naturalis & artificialis?Sed in Deo reperit̃ pro
ductio artificialis,ſcilicet productio mundi de nihi-
lo:Ergo etiā erit productio naturalis qua producit
Deum de Deo.Sed iſta eſt occultiſſima:quia Deus
eſt occultiſſimus:& productus occultiſſimus.

ITEM totum eſſe mundi eſt de nihilo productū
ꝑ Deū:ſed q̄libet res creata nobis nota ꝓducit natu

raliter ſuã imaginẽ cõtinue & inceſſanter:vt ſol ſuũ radium:qui eſt imago ſolis:& ignis calorem:qui eſt imago eius:Et quæcunq; alia res producit ſuã imaginẽ:vt patet in ſpeculo.Ergo quare ſimiliter Deus qui dedit hoc aliis rebus:non producet ſuã naturalem imaginẽ de ſe ipſo continue & inceſſanter?Sed cum Deus ſit intellectualiſſimus:ſpiritualiſſimus:& ſimpliciſſimus: oportet & neceſſe eſt ꝙ imago Dei producta ab ipſo Deo de ſe ipſo & de natura ſua:intelligens ſit ſicut & ipſe.Si enim producit de nihilo res corporales viuentes & intelligentes:quanto magis ſine comparatione imago producta de eius natura propria:& emanata de eius ſubſtantia:erit viuens & intelligens?immo neceſſe eſt ꝙ ſit ei æqualis & totaliter conformis:& non minor eo: quia de ipſomet oritur tanq̃ radius: ſplendor: & figura:ſeu imago ſubſtantiæ ipſius.

QVIA autem nihil melius: nihil dulcius: nihil amabilius ſumma iocunditate: ergo neceſſe eſt in Deo eſſe ſummam iocũditatem qua non poſſit cogitari maior.Sed ſumma iocunditas nõ põt eſſe ſine ſocietate alterius ſũme ſibi ſi͂ſis & cõformis:in qua ſit verus amor: & vera dilectio: & tãtus amor quo nõ poſſit excogitari maior.Quæ enim iocunditas ſumme ſolitario?Si autẽ Deus producat aliquẽ alium de ſua ſubſtãtia q ſit Deus ꝑfectus ſicut & ipſe eſt:erit ibi ſũma iocunditas: ſũma

ſocietas:ſumma dilectio. Quia diliget alterum a ſe productum de ſua natura in infinitũ. Et productus diliget ipſum producẽtem in infinitũ. Et ſic erit ibi ſumma dilectio ex parte vtriuſq;:& per conſequens ſumma & infinita iocũditas. Si autẽ deus careat ſo cietate ſuæ naturæ:tunc carebit ſumma iocũditate quã nõ poteſt habere cum creatura de nihilo facta. Ergo vt in deo ſit plena iocũditas : neceſſe eſt ꝙ ꝓ ducat alterum aliquẽ de ſuo proprio eſſe: quẽ dili gat ſicut ſeipſum:& a quo diligatur in ſummo. Qꝛ ſi nõ poteſt:tunc per ſuam impotentiã priuatur in finita iocunditate:quã non poteſt habere: quia non poteſt producere de ſua propria natura aliquẽ ſibi conformẽ:& tũc eſt defectuoſus in ſua natura: quia non poteſt illud quod eſt ſibi melius: & dulcius: & amabilius. Sed omnia iſta ſunt abſurdiſſima: quia deo nihil poteſt deficere:quia ipſe habet ab æterno omne complementum in ſeipſo: & per conſequens ſummam iocunditatem.

QVONIAM autẽ dare:eſt deo naturaliſſi mũ & ſumme propriũ: ideo per naturam ipſius dare: tanq̃ per illud qđ deo ſumme conuenit:poterimus probare in deo eſſe ſummã & æternam productionẽ & ſummã trinitatẽ. Sed ta men oportet primo probare ꝙ de natura dei ſit da re:hoc autẽ oſtenditur primo per mũdi productio nẽ: quia deus in productione mundi cuilibet rei de

dit ſuum eſſe completum iuxta ſuā naturam & ſuā capacitatē: & quālibet adimpleuit ſecundum ꝙ capere potuit: licet nulla creaturarū ſibi aliqd prius dediſſet: qđ nō feciſſet niſi de ſua natura eſſet dare.
Et hoc oſtendit & probat modus dandi: quia ipſe dedit ſingulis creaturis ea quę dedit: vt & ipſę aliis darent. Et hoc oſtendunt res ab ipſo productę: quæ quāto maiores & digniores ſunt & ſuperiores: tanto magis dant & nihil recipiunt: vt videmus ꝙ corpora cæleſtia: quæ continue & inceſſanter dāt & influunt in iſta inferiora: & nihil recipiūt ab eis: & tamen nunq̄ diminuuntur & decreſcunt in dando: nec vnq̄ ceſſant dare. vt ſol inceſſanter dat ſuas influentias: ſuum lumē: & ſuum calorem iſtis inferioribus: nec vnq̄ ſubtrahit ſuam influentiam. Tertio hoc probant & oſtendunt elementa: quæ a deo in eſſe ſic ſunt producta: vt & ipſa ſingulis creaturis ſe dent: vt ex ipſis cuiuſlibet rei eſſe & natura conferatur. Quarto etiam hoc probant res ab ipſis elemētis in eſſe productę: vt Arbores: & hærbæ: & folia: & fructus: & ea dant hominibus & brutis ad conſeruandam vitam eorum: & non ſolum dant illis illud quod producunt in eſſe: immo ſeipſas: vt truncos: & palmites: & radices: ad calefaciendum: & ad domos ædificandum: & alia neceſſaria faciēdum: & ſic de aliis. Et in hoc oſtenditur ꝙ ſumma nobilitas eſt dare: & per conſequens in deo (cum

Digitized by Google

ſit nobiliſſimus & creator omnium) eſt ipſum dare in ſummo gradu:quia etiam inter homines:nobiliores omnes magis dant q̄ minus nobiles.Sic ergo cōcludere poſſumus ꝙ dare eſt Deo naturaliſſimū propriiſſimum & conuenientiſſimum. Et quia idē eſt Deo dare & eſſe:qa alias eſſet in Deo cōiunctio diuerſorū:quod eſt impoſſibile:ideo ſicut eſſe ſuum eſt infinitum ſine menſura:ita ꝙ tota natura ſua eſt eſſe:ſic & dare:& in infinitum elongatur a non dare:& per conſequens ſequitur ꝙ nihil poſſit niſi totum det:nec poſſit deſinere niſi det totum.Ideo neceſſe eſt ꝙ ſit infinitus dans : & infinitus recipiens ſeu communicans:vt non poſſit cogitari maior : & ſit æternus dans.Non autem poſſet eſſe talis:ſi tantū aliquantā partē ſuæ ſubſtantiæ & naturæ daret alteri:quia tunc datum eſſet finitum. Oportet ergo ꝙ det & cōmunicet totā ſuam naturam & ſubſtantiam infinitam & totum ſuum eſſe excellentiſſimum & nobiliſſimū vni alteri:vt ſcilicet ſit alius ab eo productus æque nobilis ſicut & ipſe producens: qui ſit per omnia ęqualis ſibi:ita nobilis:ita magnꝰ & infinitus:ſicut & ipſe in omnibus perfectionibꝰ.

ET quia maior eſt datio actualis q̄ potentialis: & intrinſeca q̄ extrinſeca:& ſubſtantialis q̄ accidentalis:& de propria natura q̄ de nihilo creata:Ideo neceſſe eſt ꝙ in Deo ſit ab æterno talis datio:& ꝑ cōſequens productio conſubſtātialis,actualis,& æque

Digitized by Google

nobilis ſicut eſt producens. Nã dare quod ſit ex parte Dei creaturis: dũ dat eſſe creaturis de nihilo: eſt quaſi pũctum & nihil reſpectu infinitæ bonitatis & immenſitatis ſuæ. Vnde maius dare q̃d poteſt eſſe: eſt quãdo dans cõmunicat totam ſubſtãtiam ſuam & naturam alteri. Niſi ergo det totum ſuũ eſſe vt alter habeat ſicut & ipſe: cum eſſe Dei ſit indiuiſibile: nihil dat de ſuo proprio: nec dat quod eſt melius, immo retinet ſibi totum: & ideo auarus eſt & ſumme retinens & non dans: q̃d eſt contra Dei naturã. Nec ſufficit dare tale eſſe: ſicut datũ eſt creaturis: quia ipſum eſſe creaturarum eſt de nihilo & vertibile in nihil: ideo non poteſt eſſe ſummum datum. Sic ergo vel deus non eſt deus: vel neceſſe eſt q̀ det totam ſuam naturam ab ipſo producto de ſe ipſo: vt nihil habeat quod nõ ſit cõmunicatum & datũ. Et hoc eſt ſummę magnificentiæ, & ſumme glorioſum: nihil habere neq; velle habere: quod non ſit alteri cõmunicatum. Et ſic probata eſt æterna ꝓductio dei de ſuo proprio eſſe.

ET quia dare non poteſt eſſe ſine recipere: neq; dans ſine recipiente: ideo neceſſario in eſſe diuino & in natura diuina ſunt duo: ſcilicet vnus dans: & alter recipiens: vnus producens, & alius productus. Et quia eſſe Dei eſt infinitum: indiuiſum: & ſumme ſimplex: impartibile non habens partes: ideo nõ poteſt vna pars dari & alia retineri: ſed totum eſſe ne

ceſſe eſt vt detur & communicetur:& totum eſſe re
cipiatur:idcirco totum datur & totũ recipitur.Per-
ſona dans & perſona recipiens habent idem eſſe in
diuiſibile:ac realem vnam naturam numero : vnam
& eandem ſubſtantiam ſimpliciſſimam: & in nullo
differunt niſi ꝙ vnus eſt dans,& alter recipiens:hic
habens eſſe diuinum a ſeipſo:ille ab alio:vnus pro-
ducens,& alter productus.

ET quia dans inquantum dans non eſt recipiens:
nec recipiens inquantum recipiẽs eſt dans:nec pro-
ducens eſt ipſe ꝓductus:immo neceſſario duo rea-
liter diſtincti:ideo iã in eſſe diuino inuenimus duos
realiter diſtinctos: ita ꝙ vnus non eſt alius : haben-
tes idem eſſe & totum eſſe diuinum . Et quia to-
tum eſſe diuinum datur:& nihil retinetur quin cõ-
municetur:ideo neceſſaria eſt ibi ſumma coæquali
tas:ſumma conformitas:ſumma cõſubſtantialitas:
germanitas:& inſeparabilitas:& hoc ex ſumma cõ-
municabilitate:& per cõſequẽs eſt ibi ſumma coæ-
ternitas:& ſumma & eadem poteſtas : & nihil plus
in vno q̃ in alio de perfectiõe.Nec ideo vnus maior
quia dans:& alius minor qa recipiẽs: qa idẽ eſſe eſt
in ambobus:ideo ſunt vnum eſſentialiter : ſubſtan-
tialiter:& naturaliter.Et per cõſequẽs eſt vnus deus
tantum : & non ſunt duo dii : quia non habent in ſe
niſi vnum & idem eſſe numero & indiuiſum.

ITEM nec vnus eſt prior ſecundũ durationem:nec

Digitized by Google

alter poſterior.quia licet vnus oriatur & producat ab alio:tamen ſimiliter ſunt ab æterno.Et ſine initio Deus eſt dãs:qa ſua natura eſt dare:& ideo ab æterno & ſine initio eſt alius recipiẽs in eadẽ natura: qa ab æterno cõtinue & ſemꝑ ſunt dans & recipiens ſimul:nec poſſunt ſeparari:& ideo iſtud dare & iſtud recipere eſt ſine principio & ſine fine:& ſemper eſt vnus dans & alius recipiẽs nunq̃ deſinẽs: quia ſi deſineret eſſe dãs & producẽs: deſineret eſſe recipiẽs. Ecce ergo iam cum Dei adiutorio inuenimus vnã productionem in natura diuina:quæ quidẽ productio eſt naturalis & neceſſaria,ſiue ꝑ modũ naturę.

ET quia Deus eſt ſpiritualis & intellectualis naturæ: & totus ſpiritus: & nullo modo corpus nec res corporalis:ideo neceſſe eſt ꝙ producat & det naturam ſuam alteri ſecundũ modum naturę intellectualis & ſpiritualis.Et quia in omni natura intelligibili eſt intellectus & volũtas:& intellectus eſt naturalis & operatur naturaliter & ex neceſſitate:& volũtas libera & nõ neceſſaria:& operatur libere & non de neceſſitate:Ideo neceſſe eſt ꝙ oĩs productio q̃ eſt in diuina natura,ſit ꝑ modum intellectus:& ſic naturalis & neceſſaria:vel ꝑ modũ voluntatis:& ſic libera. Nec ſunt alii modi ꝓducẽdi niſi iſti duo. Prima autẽ productio in eſſe diuino eſt naturalis:& ideo per modũ intellectus:& ſic neceſſaria. Vnde Deus intelligendo ſuũ eſſe & ſuã ſubſtantiã producit neceſſa-

rio ſuam imaginē & figuram ſui eſſe & ſuę ſubſtantiæ:ſicut ſol radium & cōicat & dat ſuæ imagini totam ſuā ſubſtantiā.Et quia productio eſt ꝑ modum naturę:ideo vocatur generatio.Et quia ꝓductus eſt ęque nobilis & ꝑ ſe ſubſiſtēs ſicut ꝓducēs: & eſt ꝑfecta imago ꝓducētis:ideo vocaẗ fili9 eius: & ꝓducens vocaẗ pater.Et qa pater ꝓducit filiū intelligēdo ſe: ideo filius vocatur verbū patris. Et quia illud quod ꝓduciẗ ꝑ modum intellectus ,vocatur verbū intellectuale:ſiue notitia ſeu ſapientia: ideo vocatur imago & verbum: & ſapientia patris.Et quia vterqꝫ eſt ꝑ ſe ſubſiſtēs:& naturę itellectualis & rationalis:ideo vterqꝫ vocaẗ ꝑſona. Et ſic ſunt duæ ꝑſonæ in diuina natura ꝑ vnā ꝓductionē:coęq̄les:coomnipotentes:& coęternę.Nec poteſt eſſe niſi vna ꝓductio in deo ꝑ modū naturæ:& ꝑ vnū modū:qa de9 ꝓducit naturaliter tātū quātū poteſt & ſecūdū totā ſuam virtutē.Et ideo quia eſt actus purus & infinite actiuus totus:quicquid poteſt ꝑ modū naturę produxit vna vice: ideo non pōt eſſe niſi vnus ꝓductus ꝑ modū naturæ:quia in illo terminaẗ tota productio.Nec pater poteſt vltra producere ꝑ illū modū:quia ꝓduxit quicq̄d potuit ꝑ modum naturę:& ſufficit ei vnus ꝓductus:& vnus filius:& vna ꝓductio ꝑ illū modū:qa ꝓductus eſt infinitus: & productio infinita. Et ſic non poteſt eſſe niſi vnus filius: vna imago:vnum verbum & ſapientia patris.

Proceſſio Spiritus ſancti.

ET quia ſemper oportet nos procedere ordinate & de gradu in gradum:ideo per iſtam productionem ſummã & infinitam iam dictã dei gratia inuẽtam debemus vlterius currere ad inueniendũ ſi eſt in eſſe diuino alia productio.Et quia pater dans eſt intelligens & nõ ignorans: & cũ ex dare & recipere quando ſunt perfecta:oportet ꝙ procedat & ſequatur alia quędã res a dante & recipiẽte,ſcilicet amor ideo cum in diuina natura ſit dare & recipere:dans & recipiens: oportet ꝙ procedat amor vt cõmunis nexus dantis & recipientis.Et ſic eſt ibi proceſſio amoris quo dans diligit recipientẽ:& econuerſo.Et ſic eſt ibi tertia res producta:ſcilicet amor:quę quidem res non eſt pater neq; filius:ſed procedens neceſſario de ambobus:quia pater nõ poteſt nõ amare ſuam imaginẽ:ſuum filium ab ipo productũ:cui dedit omne qđ habet:nec filius poteſt nõ amare patrem qui genuit eum æqualẽ per oia ſibi.Et ſic per primã productionẽ inuenimus ſecundam:& prima probat & manifeſtat ſecũdam.Et ſic ſunt duę productiones in diuina natura multũ differentes:quia prima eſt per modũ intellectus naturalis & neceſſaria. Et ſecũda per modũ volũtatis & libertatis:quia productus per iſtam productionẽ eſt amor & charitas:ſed amor voluntate ꝓcedit. Rurſus iſta productio fit a duobus ſimul: ſcilicet a patre & filio:qa ambo producũt tertiũ: ſed prima productio fit ab

Digitized by Google

vno tantū,ſcilicet a patre.Sed qa pater nō eſt prior filio:ſed ab æterno ſunt ſimul:ideo non prius procedit amor a patre in filium:q̄ a filio in patrem : ideo nō ſunt duæ productiones amoris patris & filii,ſed vna tantū:& ideo producitur ab ambobus tanq̄ ab vno: & per vnum modum : ſcilicet per voluntatem liberam. ¶ Rurſus ſicut productus per modum naturæ & intellectus nominatur imago:verbum: & filius: Imago inquam nominatur tanq̄ habens ſimilitudinem expreſſam : & conformem patris : Verbum autem nominat ipſum tanq̄ ſimilitudinem expreſſiuam & intellectualem: Filius vero tanq̄ ſimilitudinem per ſe ſubſiſtentem : & connaturalem : ita productus per modum voluntatis vocatur donum:Amor:Charitas:vel nexus: Vinculum : & ſpiritus ſanctus patris & filii : quia iſta ad voluntatem referuntur.Donum nominat ipſum in modum volūtatis donum ſeu datum.Amor:nexus:charitas: & vinculum nominant ipſum vt donum voluntarium primum & præcipuum.Spiritus ſanctus nominat ipſum vt donum voluntarium primū: & per ſe ſubſiſtens ſiue hypoſtaticum:quod idē eſt.Ecce diſtinctos modos producēdi duos productos diſtinctos realiter:qui ſunt æquales in omnibus : quia habent eandem numero eſſentiam,& idem eſſe indiuiſum. Sicut enim filius eſt æqualis patri per omnia : nec vnus maior altero:ita Spiritus ſanctus eſt æqualis

per omnia patri & filio:quia producitur ab ambo-
bus tanq̄ ab vno.Neq; eſt poſterior eis propter hoc
q; eſt tertius:ſed ab æterno ſimul ſunt:quia ibi non
eſt ordo duratiōis:ſed tm̄ ordo originis. Ideo pater
eſt primus:& a nullo recipit eſſe diuinū : nec oritur
ab aliquo.Filius eſt ſecūdus:quia primo oritur a pa-
tre,non prioritate temporis.Spiritus ſanctus eſt ter
tius:quia ab ambobus procedit. ¶ Et tamen omnes
tres æquales ſunt:quia habēt idem eſſe diuinum:&
eandē ſubſtantiā indiuiſam:ſed ꝑ tres modos.Quia
pater tanq̄ fons deitatis habet a ſe eſſe:& per modū
dantis tantū.Filius habet eſſe diuinū per modū reci
piendi ab alio tantū:& hoc per modū generationis:
& quicq̄d habet:habet tāq̄ ei datū a patre.Sed Spi
ritus ſanctus habet diuinum eſſe per modū proce-
dentis ſeu procedendi ab vtroq; ad modum volun-
tatis.Ideo eius productio vocatur ſpiratio ſeu ꝓceſ
ſio.Et ſic in eſſe diuino eſt vera origo:& vera diſtin
ctio:& tamen idem eſſe.Nec tamē eſt ibi prioritas
neq; poſterioritas duratiōis nec ꝑfectionis:ſicut pa
tet in ſole:quia q̄uis radius oriatur a ſole:tamen nō
eſt prius ſol q̄ radius. Et ſimiliter de igne:quia licet
ſplendor & calor oriantur ab igne:tamē ſimul ſunt:
nec ignis eſt prior q̄ ſplendor:ſicut nec calor. ¶ Sic
ergo pater & filius & ſpiritus ſanctus ęquales ſunt:
& pater eſt infinitus : & filius infinitus : & ſpiritus
ſanctus infinitus. Quia neceſſe eſt q; amor qui pro-

cedit a patre in filium & econuerſo: ſit infinitus: quia pater amat filium quãtũ poteſt:& filius amat patrem quantũ poteſt.Et quia pater poteſt in infinitum: & filius poteſt in infinitũ: igitur amor qui eſt Spiritus ſanctus, eſt infinitus:& ille eſt tertia perſona:& per conſequens ęqualis patri & filio in infinitum: ſicut ambo ſunt infiniti. ¶Ecce ergo qualiter recto ordine dei auxilio inuenimus in eſſe diuino duas æternas productiones indeſinentes:& tres ꝑſonas æquales realiter diſtinctas:& tamen non eſt niſi vna ſubſtantia:vna natura:vnũ eſſe indiuiſum: infinitum in tribus.

AD iſtius fidei intelligentiam ſanã:docet doctrina ſacra:ꝙ in diuinis ſunt duæ emanationes:tres hypoſtaſes: quatuor relationes, quinq; notiones:& ex his tm̃ tres ꝓprietates ꝑſonales.¶Ratio autem ad intelligentiam prędictorum hęc eſt:quia cum primum & ſummum principium hoc ipſo ꝙ primum:ſit ſimpliciſſimum:hoc ipſo ꝙ ſummum:ſit perfectiſſimum: ideo perfectiſſime ſe communicat:quia perfectiſſimum:& indiuiſionem omnimodam ſeruat hoc ipſo ꝙ ſimpliciſſimum. Et ideo ſalua vnitate naturæ: ſunt ibi modi emanandi perfecte. Modi autem perfecte emanandi ſunt duo tm̃:ſcilicet per modum naturæ: & per modum voluntatis.Primus eſt generatio.Secũdus ſpiratio ſiue proceſſio: & ideo hi ſunt ibi. Quia vero

Digitized by Google

duabus emanatióibus ſubſtãtificis neceſſe eſt emanare duas hypoſtaſes. Neceſſe etiam eſt ponere hypoſtaſim primo producentem: ab alio non emanare: ne ſit in infinitum abire: ideo ſunt ibi tres hypoſtaſes. Et quia cuilibet emanationi reſpõdet duplex habitudo relatiua: ideo ſunt ibi quatuor relationes ſcilicet paternitas: filiatio: actiua ſpiratio: & proceſſio volũtaria. Quia vero per has habitudines innoteſcunt nobis diuinę hypoſtaſes: & præter hoc etiam hypoſtaſis illa in qua eſt prima ratio principiãdi innoteſcit: quia non producitur: nam hoc eſt nobilitatis in ipſa: ideo quinq; ſunt notióes: ſcilicet quatuor relationes prędictę cũ innaſcibilitate. Et quia quęlibet perſona habet vnã proprietatẽ per quã principaliter innoteſcit: ideo tres tm̃ ſunt ꝓprietates perſonales: quibus nominibus exprimuntur proprie & principaliter: ſcilicet Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Cum enim proprium ſit patris eſſe innaſcibilem ſiue ingenitum: eſſe principium non de principio: ipſum patrem innaſcibilitas notificat per modum negationis: licet ex cõſequenti per modũ poſitionis: quia innaſcibilitas in patre ponit fontalẽ plenitudinẽ. Principiũ nõ de principio notificat ipſum patrem per modũ poſitionis cũ negatióe. ponit' enĩ eſſe patrẽ per modũ poſitionis & habitudinis proprię cõplete & determinate. Similiter cum filius ſit imago: verbũ: & filius: Imago nominat illã perſonã

vt ſimilitudinē expreſſam. Verbum vt ſimilitudinē expreſſiuam. Filius vt ſimilitudinē hypoſtaticam. Rurſus Imago nominat vt ſimilitudinem cōformē: Verbum vt ſimilitudinem intellectualē: Filius vt ſimilitudinem cōnaturalē. Per hunc modum cū proprium ſit Spiritus ſancti eſſe donū: eſſe nexum ſeu charitatem amborum: eſſe etiam Spiritum ſanctū: Donum nominat vt datum voluntarium: Charitas ſiue nexus vt datum voluntarium & p̄cipuū: Spiritus ſanctus vt datum voluntarium primum & hypoſtaticū. Hinc eſt ꝙ per iſta tria nomina quę ſunt Pater: & filius: & Spiritus ſanctus: trium perſonarum proprietates perſonales inſinuantur. Hæc igitur tenēda ſunt ad fidei ſanctiſſimę trinitatis intelligentiam ſanam.

VLTERIVS deum eſſe probauerūt philoſophi (vt patet ex Ariſtotele. viii. phy.) ꝑ viā motus: ſumentes pro principio: ꝙ Omne qđ mouetur ab alio mouetur: & cum non ſit in infinitum proceſſus in mouētibus & motis: neceſſe eſt deuenire ad vnū mouens immobile. Sed apud theologos efficacior eſt modus probandi per viam productionis ſeu creationis rerum. Nam euidētius eſt & manifeſtius: Omne qđ producitur ab alio produci: q̄ Omne qđ mouetur ab alio moueri. Nihil enim eſt impoſſibilius (inquit Augu.) q̄ ꝙ idem ſeipſum producat: eſſet enim ſe prius & poſterius. & cū non

Deū eſſe.

ſit proceſſus in infinitum in rebus productis: concluditur ꝙ eſt deuenire ad vnum cætera producẽs: & a nullo productum. ❡ Sed adhuc ſecũdum Guilhermum Ockam: & Petrũ de Aliaco, efficacior eſt via probandi per conſeruationem: quia non oportet id a quo producta eſt aliqua res: ſemper cum ea manere: ſed neceſſe eſt id a quo conſeruatur: cum ipſa eſſe. ❡ Alia eſt via probandi per cauſam finalẽ: quæ ſumitur ex Ariſtotele ſecundo capitulo primi Ethico. Et ex ſecundo capi. ſecundi Metaphyſicæ. Nam finium nõ eſt numerus infinitus: quia noſter appetitus tunc inanis & vanus eſſet. Et per conſequens deueniendum eſt ad vnum ſupremum & vltimum finem: ad nullũ alium ordinabilẽ: qui eſt deus. Vnde & ipſe inquit Apocalyp. primo. Ego ſum principium & finis. Principium inquam a quo omnia: & finis ad quem omnia.

SECVNDO oportet credere & cognoſcere ꝙ dei nunq̃ fuit aliquod initium nec eſſe potuit. Cuius rationem manifeſtiſſimam aſſignant doctores. Quia ſi eius fuiſſet aliquod initium: tunc eius fuiſſet generatio: progreſſio ſcilicet de non eſſe ad eſſe: ſed a quo potuerit generari: non eſt dabile. Non enim a ſe. Nam (vt inquit Auguſt. vt iam prædictũ eſt) nihil eſt impoſſibilius q̃ ꝙ idẽ ſeipſum producat. Et per hanc rationem probat Magiſter. v. diſtinct. primi ſententiarum, ꝙ eſſentia

diuina non generat filium: cum filius ſit eſſentia diuina. Nec poteſt ab alio productus fuiſſe: quia tunc non eſſet inter entia primum. Et ſic non eſſet Deus.

¶ Et ex iſtis principiis poſſumus perpulchre philoſophari neceſſitatem ipſius Dei. Nam quod a nullo dependet: & quo nihil eſt fortius: nullo modo deſtrui poteſt: cum omne quod corrũpitur: corrumpatur propter defectum conſeruantis: vel per actionẽ agentis fortioris. Et propter hanc cauſam dicitur Deus æternitate menſurari: nõ ꝙ æternitas ſit quædam menſura a Deo diſtincta: ſed eſt ipſemet Deus: vt deducit Magiſter. xix. diſtinctio. primi. allegando gloſ. ſuper illud Pſal. ci. In generatione & generationem anni tui. Non ſunt (inquit) aliud anni Dei: & aliud ipſe: ſed anni eius æternitas eius. Et ante mundi creationem erat in ſeipſo: ſeipſo contentus, & in ſeipſo beatus: omnia futura præuidens: atq; de ipſis producendis: & bonis præmiandis: malis autem puniendis diſponens.

TERTIO oportet credere ꝙ ſit ſubſtãtia omino incorporea abſq; vlla compoſitione ſimplex. Nã ſi cõpoſitus eſſet: eſſent eo quodam modo priores illæ partes ex quibus conſtitueretur. Nam omnis pars eſt prior: ſaltẽ prioritate naturæ: ſuo toto: & ſic ipſe non eſſet omnium primus. & illo errore, ſcilicet ꝙ Deus ſit compoſitus: cõfitetur Auguſtinus in libris confeſſionũ ſe aliquando erraſſe.

QVARTO Oportet credere ꝙ ſit vnus in eſſentia & trinus in perſonis. Ad cognitionem vnitatis deuenerunt philoſophi naturalibus rationibus: non tamen ad cognitionem trinitatis: q̄uis dicat Aug. de Platone ꝙ trinitaté cognouerit: & ꝙ in libris ſuis legit, Monas genuit Monadem: & vtrūq; in ſe reflexit ardorem. Sed credendū eſt eum id habuiſſe ex libris Iudæorum: ſicut exiſtimant plures. Vnde philoſophi monarchicum dominium omnibus aliis prætulerunt: quali dominio certiſſimum eſt Deum dominari vniuerſo.

Dei vnitas. ¶ Et ad probandum iſtam vnitatem rationes multæ adduci poſſent. Primo ſi eſſent plures dii: eorum non eſſet eadem voluntas: & per conſequens poſſet vnus eorum aliquid velle: & alter contrarium: & ſic non ageret alter eorum quicquid vellet. Secundo vel vnus indigeret altero ad producendum creaturas: vel non. Si primum: non eſſet omnipotens. Si ſecundum: iam aliquid poſſet fieri ab vno: quod ab altero non fieret: & ſic nō eſſet ille alter omniū creaturarum cauſa. Alias rationes omitto. ¶ Et hæc vnitas manifeſtiſſime aſtruitur ex Deutero. vi. cap. Audi Iſrael: dominus deus tuus vnus eſt. Et Exo. xx. Ego ſum dominus deus tuus: q eduxi te de terra Aegypti: nō erūt tibi alii dii p̄ter me.

Dei trinitas. ¶ Trinitaté vero perſonarum in pleriſq; locis ſacra ſcriptura affirmat: & manifeſtius nouū teſtamētū q̄ vetus. Marci vltimo.

Baptizantes omnes gẽtes in nomine patris: & filii: & Spiritus ſancti.Et multas ſimilitudines ex creatu ris adducit Augu.in libro de trinitate. Et poſt eum Magiſt.ſentẽtiarum diſt.iii.primi.Sed (eodem Au guſt.teſte)nulla adducitur ſimilitudo tanta:quin in ea maior reperiatur diſſimilitudo q̃ ſimilitudo: vt dictum eſt ſupra.

CATHOLICI doctores ꝓ reſolutione ſub dunt illa quę per ſe pertinent ad fidem: quo rum viſione in vita æterna perfruemur: & per quę ducemur ad illam.Duo autem nobis viden da ponuntur:ſcilicet occultũ diuinitatis:cuius viſio nos beatos facit:Et myſterium humanitatis Chri ſti: per quod in gloriã filiorum dei acceſſum habe mus.vt dicitur ad Ro.v.Cõfirmat hoc ipſa veritas. Ioan.xvii.(vt prędictũ eſt)dicẽs: Hęc eſt autem vi ta æterna vt cognoſcant te ſolum deum verum: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Cum ſancto ſpiritu. Beati poſt reſurrectionem generalẽ(teſte Augu.ſu per Ioan.x.c.ſuper verbo Ingredietur & egredietur & paſcua inueniet)reficiẽtur interius in aſpectu di uinitatis:& exterius in aſpectu humanitatis Chriſti per quẽ ſunt redempti.Quędam enim pertinẽt ad maieſtatẽ diuinitatis:quędã vero ad myſterium hu manitatis Chriſti. ¶Circa maieſtatem diuinitatis: tria nobis credẽda ꝓponuntur:primo quidẽ vnitas diuinitatis.Et ad hoc pertinet primus Articulus:ſci

licet Credo in deum. Si ratiōe perſonarum: ſic ſunt tres Articuli, ſecundū ꝙ ſunt tres perſonæ. Primus. Credo in deum patrem omnipotentem. Secundus. Credo in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum. Tertius. Credo in ſpiritū ſanctū. Si ratione effectus proprii diuini: ſic ſunt tres articuli de Deo. Primus quantū ad creationē. Creatorē cœli & terræ. Secundus quātū ad gratificationem. Sanctā eccleſiā catholicā. Sanctorū cōmunionē. Remiſſionē peccatorū. Tertius quantū ad glorificationē. Carnis reſurrectionem. Vitā æternā. ¶ Similiter etiā circa humanitatē Chriſti ponuntur ſeptē Articuli. Quorū primus eſt de incarnatione ſiue de conceptione Chriſti: de qua tenendum & credendū eſt ꝙ Angelo nunciante beatę virgini myſteriū incarnationis in ipſa perficiendum, Virgo credidit: appetiit: & conſenſit: ſpūs ſanctus in eā ſupuenit ad fœcūdandū & gratia replēdū: cuius virtute virgo concepit deū filiū: quem virgo peperit: & poſt partum virgo pmanſit. Concepit autem non ſolum carnē: verumetiam carnem animatā & verbo vnitā: nulli peccato obnoxiā: ſed p oia ſanctā & immaculatā. Ratione cui9 Mater dei dicit: & eſt dulciſſima virgo Maria. Non mater diuinitatis: ſed perſonæ filii habētis diuinitatē: cū ſit tota in oibus tribus perſonis: & tota in ſingulis. ¶ Secundus de natiuitate eius ex virgine Maria. ¶ Tertius de paſſione eius: morte: &

Digitized by Google

ſepultura. ❡ Quartus eſt de deſcenſu ad inferos. ❡ Quintus eſt de reſurrectione. ❡ Sextus de Aſcenſione. ❡ Septimus de aduentu eius ad iudicium. Et ſic Articuli in vniuerſo ſunt quatuordecim.

QVID autē ſit articulus fidei: Richar. de ſancto Victore dicit ꝙ eſt indiuiſibilis veritas de Deo arctans nos ad credendū: quia articuli ſunt principia & regulæ directiuę reſpectu oim quæ cōſequēter ſunt credēda. Huiuſmodi aūt arctatio nō repugnat libertati: ſed ambiguitati: quia ipſis oportet determinate aſſentire omni remota ambiguitate: Ne obuiare poſſit illud Auguſtini: Dubius in fide infidelis eſt. Pro tanto in nobis requirit᷑ fides charitate formata: non informis ſiue mortua: vt eſt videre de tranſgreſſoribus legis diuinę. Anima quę peccauerit ipſa morietur. Sine ergo fide (vt ſupradictum eſt) impoſſibile eſt nos placere Deo. Arti.fidei

AD hoc manēt nobis tria ſymbola. Quorū primū eſt Aploꝝ. Scd̄m Nicenę ſynodi. Et tertiū Athanaſii. Symbolū dicit᷑ ſententiarū patrū recollectio. Symbolum. vel ſcd̄m Aug. Symbolū eſt regula fidei breuis i numero verborū: ſed grādis pōdere ſētētiarū. vt cauetur in.c. Firmiter credimꝰ. Et.c. Dānamꝰ. vltra alias determinationes ecclię. videlicet i.c. Fideli. &.c. Fidei catholi. in anti. in Sext. et Cle. de ſum. tri. et fi. catho. Et i decretis. xxiii. diſt. c. Qui eps ordinādꝰ. Inſequendo doct. theolo. habemꝰ Credere deū: Credere Deo:

& Credere in Deum.Primum & ſecundum bonorũ & malorum eſt commune:dæmones enim credunt & contremiſcunt.In Deum vero credere eſt credendo eũ ſuper oia amare:in eũ ire:ei adhęrere:& membris eius incorporari.Et iſtud bonorum tantum eſt.

APOSTOLORVM Symbolum eſt tale. CREDO in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ. Patrem vocabis me:& poſt me ingredi nõ ceſſabis.Hiere.iii.& Exo. xx.Non habebis deos alienos coram me.Et Eſa.xlv. Ego dominus & nõ eſt alter:formans lucem:& creans tenebras.Et Pſal.cxiii.Deus autem noſter in cœlo:oia quæcũq; voluit fecit.ET IN Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum. Prouerbiorum.xxx.Quod eſt nomen eius:& quod nomen filii eius ſi noſti.Et Abacuch vltimo. Ego autem in domino gaudebo:& exultabo in deo Ieſu meo. Et pſal. ii.Dominus dixit ad me:filius meus es tu:ego hodie genui te.Et Ioan.x.Ego & pater vnum ſumus.Et ad Coloſſen.primo. Qui eſt imago patris inuiſibilis.

QVI Conceptus eſt de ſpiritu ſancto: Natus ex Maria virgine.Eſaiæ.vii. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ:& vocabitur nomen eius Emanuel.Et Hiere.xxxi.Fœmina circundabit virum. Et ad Galath. iiii.Miſit Deus filium ſuum factũ ex muliere.Et Ezechie.xliiii.Porta hæc clauſa erit:& non aperietur: & vir non tranſibit per eam. PASSVS ſub Pontio

Digitized by Google

Pilato:crucifixus mortuus & ſepultus. Zachar.xii. Aſpiciẽt ad me quẽ cõfixerunt:& plangent eum.Et Eſa.liii.Sicut ouis ad occiſionẽ ducet. Vere languores noſtros ipſe tulit.Et primę Pe.iii. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus ꝓ iniuſtis. DESCENDIT ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis.Ozeę.xiii.Ero mors tua o mors:morſus tuus ero iferne.Et Ozeę.vi.In die tertia ſuſcitabit nos. Et Pſal.xv.Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ.Et Apoſtolus ad Ephe.iiii. Deſcendit primũ in inferiores partes terræ.Et Actu.ii. Quia neq; eſt derelict9 in inferno.Et ad Ro.vi.Chriſtus reſurgens ex mortuis:iam non moritur:mors illi vltra non dominabitur.ASCENDIT ad cœlos:ſedet ad dexterã Dei patris oĩpotẽtis.Amos.ix.Qui ædificat in cœlo aſcenſionẽ ſuã.Et Pſal.lxvii.Iter facite ei q aſcẽdit ſup occaſum.Et ibidẽ.Aſcẽdit in altũ: captiuam duxit captiuitatẽ.Et Micheæ.ii.Aſcẽdit:iter pãdens ante eos.INDE venturus eſt iudicare viuos & mortuos.Malachi.iii.Et accedã ad vos in iudicio: & ero teſtis velox.Et Pſalm̃. nonageſimoquinto. Iudicabit orbem terrę in æquitate:& populos in veritate ſua. Et Iob.xix.Fugite a facie gladii:quoniam vltor iniquitatum gladius eſt:& ſcitote eſſe iudicium. CREDO in Spiritum ſanctum.Iohe.ſecũdo.Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem.Et Iob.xxvi. Spiritus eius ornauit cœlos. Et Sapientiæ primo.

Digitized by Google

Spiritus domini repleuit orbē terrarū. Et Pſal.cxlii. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. SANCTAM eccleſiam catholicam. Dauid Pſal. xxxiiii.Cōfitebor tibi in eccleſia magna. Et Sopho. iii.Tunc reddam populis labium electum: vt inuocent omēs nomē domini:& ſeruiāt ei humero vno. Et Matth.xviii. Si autē peccauerit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te & ipſum ſolū.Si te audierit:lucratus eris fratrem tuum.Si autem te non audierit:adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbū.Qđ ſi non audierit eos:dic eccleſiæ.Si autem eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. SANCTORVM communionem:Remiſſionem peccatorum.Micheæ.vii. Deponet iniquitates noſtras:& proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra.Et Pſal.cxviii.Particeps ego ſum omnium timentiū te:& cuſtodientiū mandata tua. Et Ezech. xxxiii.Viuo ego dicit dñs Deus: nolo mortē impii: ſed vt conuertatur & viuat.CARNIS reſurrectionē.Ezech.xxxvii. Ecce ego aperiā tumulos veſtros: & educā vos de ſepulchris veſtris.Et Iob.xix. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum:& rurſum circūdabor pelle mea:& ī carne mea videbo deū ſaluatorē meū.Et Apl'us ad Philip.iii.Reformabit corp9 humilitatis noſtrę cōfiguratū corpori claritatis ſuę. VITAM æternā amē.Daniel.xii.Et multi de his q

dormiunt in puluere,euigilabunt:alii in vitam ęter-
nā:alii in opprobrium vt videant ſemp. Et Pſal. lxi.
Quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua. Et matth.
xxv.Et ibūt hi in ſuppliciū ęternū:iuſti aūt in vitam
ęternā.Et ſecūdę ad Corint.v.Aedificationē ex deo
habem9:domū nō manu factā:ſed ęternā in cœlis.

IN dictamine ſymboli Nicenę ſynodi: affuerūt
trecenti & decem & octo patres.¶Symbolum ve-
ro Athanaſii cōfutat hæreticos: & defendit fidem
orthodoxam cum authoritatibus ſacri canonis Bi-
blię tam veteris q̄ noui teſtamenti.

TESTE tamē Iacobo in ſua canonica cap.ſe- Fides
cūdo.Fides ſine operibus mortua eſt.Vnde viua.
quēadmodū arbor bona dignoſcit̄ i fructu
quē affert:ſic & verus orthodoxus dignoſcit̄ quan
do ratio in illo recte cōſulit:& volūtas ſic cōſulta iu
ſte imperat viribus annexis organis:& ipſa ſenſua-
litas prōpte obedit.Vnde tūc mēs hois dicit̄ bñ in-
ſtituta.Et ꝑ tāto Aug. īter alias definitiōes virtutis
ponit iſtā ad ꝓpoſitū.Virt9 eſt habit9 mētis bñ in- Virtus.
ſtitutę.¶Aia aūt(quę eſt q̄dam ſubſtantia ſpiritua Aia & ei9
lis & rationalis ad viuificādū corpus de nihilo crea potētiæ.
ta:gratia non natura immortalitatem ſuſcipiens)
ipſa quidem habet diuerſas potentias:& cōſequen-
ter diuerſas operationes.Per intellectū enim ſpecu-
latiuū cognoſcit verū in ratione veri: per practicū
autem.i. per rationē:quę eſt in ipſa aia vis quędam Ratio.

nedum cognitiua,quinimo motiua: cognoſcit agenda & cauenda: diſcernens bonum a malo: & honeſtum ab inhoneſto. Per liberum arbitriũ vero ſimul diſcernit & eligit:cum ſit facultas rationis & volũtatis:qua eligitur bonũ gratia aſſiſtente: malũ vero gratia deſiſtente.Deus enim deſerit meritos deſeri: per voluntatem conſentit & imperat, vt ſupra. Per Syndereſim murmurat contra malũ:& ſtimulat ad bonũ.Et iſta ſyndereſis ſyllogizando proponit maiorem:ſcilicet.Nullũ malum eſt faciendũ.Ratio ſubdit minorẽ.videlicet.Et hoc eſt malũ. Et deinde ex illis duabus pręmiſſis conſcientia(quę eſt quidã habitus nedũ cognitiuus quinimo motiuus inclinans animã ad proſecutionẽ boni ſi eſt recta: & ad fugã mali)concludit:ergo non eſt faciendum.

Virtus.

ILLE bonus Cãcellarius Parrhiſiẽſis Magiſter Ioãnes Gerſon definiẽdo virtutẽ dicit Qz eſt amor habẽdi ſe ad omnia vt debetur.ſcilicet ad deũ:ad ſeipm̃:& ad proximũ. Ad deũ inquã tribuendo ei tria:videlicet fidelitatẽ:reuerentiam:& famulatũ:vt dicit Tho.in prima ſcđę. Q.c. Arti.v.in corpore.Q. vt cõplectamur tria pręcepta in prima tabula contenta.ſcilicet,Vnũ cole deũ.Ne iures vana per ipſum.Sabbata ſanctifices.Tribuendo ei nihilominus vt creatori honorẽ latrię: qui eſt ſũmę veneratiõis cultus ſoli deo debitus ratiõe vniuerſalis dominii. Et vt redẽptori amorẽ, Deus em̃.

omnia fecit potenter,ſapienter,& beniuolẽter. Et in reparando poſt lapſum primorum parentum ſimiliter.Quid enĩ potentius q̃ cõiungere extrema ſumme diſtãtia in vnã perſonã? Quid ſapiẽtius & cõueniẽtius:q̃ vt ad perfectionẽ totius vniuerſi fieret cõiunctio primi & vltimi:ſcilicet Dei qui eſt oĩm principium:& humanæ naturæ:quæ in creatione mũdi fuit vltima oĩm creaturarũ? Quid itẽ beniuolentius q̃ ꝙ dñs ꝑpter ſerui ſalutẽ:formam ſerui acceperit? ¶ Debemus etiam ei tribuere vt iudici timorẽ : nõ ſeruilem vt ibi ſiſtatur : cum perfecta charitas illum foras mittat:ſed initialem : & ſucceſſiue reuerentialem:& filialem. ¶ Debemus etiã Deo tribuere tria ex parte noſtri:videlicet primo de corde perfectam dilectionẽ. Diligere autem (ſecũdũ Tho. de Aquino in libro de Perfectione ſpiritualis vitæ) eſt alicui bonũ velle. Vnde velle Deo bonũ:cũ ſit ſummũ bonũ: immo ip̃a bonitas ſimplex & abſoluta in abſtracto: prima fronte videtur abſurdũ. Litera tamẽ occidit intelligentia aũt viuificat. Pro tãto iſtud debet intelligi ꝙ debemus velle Deo bonũ qđ habet per eſſentiã:ſcilicet vt ſit ſumme verus:ſumme potẽs:ſumme bonus:ſumme perfectus &c. Secundo de ore debemus Deo tribuere feruẽtẽ & frequẽtem gratiarum actionẽ. Quid enim habes (ait Ap̃lus primæ ad Corinth. iiii.) ſupple boni:qđ nõ accepiſti? Si aũt accepiſti:qd gloriaris quaſi nõ acceperis:attribuendo tibi Diligere.

honorẽ Deo debitũ. Tertio tribuere debemus Deo de corpore poſt lapſum vitiorũ mortificationẽ. Debemus etiam eũ velle poſſidere in præſenti per gratiam:& in futuro per gloriam:necnõ eius præcepta ſeruare:pariter in omnibus cogitandis:dicendis: & agendis voluntatẽ eius noſtræ priuatę volũtati prę ferre:cũ intẽtione fruẽdi eo tanq̃ vltimo fine omne deſideriũ implẽte. ❡ Debemus inſuper patri & matri obedire:illis ſubuenire:& vices rependere: ipſos in neceſſitatibus nutriẽdo. Deo eni:præceptoribus: & parentibus nõ poſſumus reddere æquiualẽs. Proximo aũt in generali & etiã in ſpeciali debemus ſucceſſum bonum optare:& velle ei id q̃d nobis: gratiam ſcilicet in præſenti:& gloriã in futuro. Cauẽdo ne ſimus ei in damnũ de perſona ſua:ideo ait Deus. Non occides. De perſona coniuncta:pro tanto: Nõ mœchaberis. De bonis: Et ſic, Nõ furtũ facies:contractando aliena (generaliter intelligendo) inuito domino. De fama & honore:igitur, Nõ falſum teſtimoniũ dices. Et quia nedũ manus & actus prohibẽtur:quinimo etiã animus:ideo Non cõcupiſces vxorem proximi tui:nõ filiam:non ancillam:nec etiã domum:nec vineam:nec omnia quæ illius ſunt. Amplectendo in oibus ius naturale:nõ omittendo diuinũ. Iuxta illud veritatis infallibilis. Matth. vii. Quæcũq; vultis (ſupple per rectã rationẽ) vt faciãt vobis homines:cogitent & dicant de vobis:cogitate: dicite

& facite illis. ¶ Superiorib9 quoq;, ſit papa: ſit patriarcha: Archiepus: Eps: aut pleban9: reſpectu ſalutis interioris hois: ſcilicet aię: eis eſt in cũctis obediendũ. Idẽ faciendũ quo ad dños tẽporales: legib9 & ordinatiõibus eorũ iuſtis & rationabilibus parendo & obediendo. Ordo eñ debitus confundit: ſi iuriſdictio ſua vnicuiq; nõ reſeruatur. ¶ Aequalib9 etiã proximis portare debemus beniuolentiã: amicitiã & concordiam. ¶ Inferioribus vero & omnibus exemplum laudabilis vitæ dare. Aliis autẽ nobis ſubditis: ſint filii: filiæ: ſerui: aut ancillæ: doctrinã & ſubſidium temporale.

DIXIT Aplus primæ ad Corint. xiiii. In eccleſia volo qnq; verba ſẽſu meo loq: vt & alios inſtruã: q̃ decẽ milia verborũ in lingua. Et qa pdicatores & alii aię ,pprię & alioꝝ ſalutẽ zelantes: debẽt annũciare quinq;: ſcilicet credẽda: agẽda: vitãda: timenda: & ſperãda: optarẽ admodũ tã pro me q̃ pro aliis vacare & intendere illis quinq;: nõ omittendo quid timendum: vt eſt de pœna infernali debita peccatoribus obſtinatis in illo ſtatu morientibus. De qua hoc tenendum eſt ſecundum doct. & fidem rectam: q illa pœna eſt in loco corporali deorſum: in quo æternaliter affligentur omnes reprobi: tam homies q̃ ſpiritus mali. Affligẽtur aũt igne eodẽ corporali: qui cõcremabit & affliget ſpiritus & etiam corpora: nec tñ corpora illa conſumet: ſed

Quinq; verba Apoſtoli.

Pœna damnatoꝝ.

ſemper affliget,alios quidem plus:alios vero minus
ſecundũ exigẽtiam demeritorum.Huiuſmodi autẽ
afflictioni ignis cõiuncta erit afflictio ſecũdum oẽs
ſenſus.Coniũcta etiam ei erit pœna vermis: & carẽ
tia viſiõis dei:ita ꝙ in his pœnis erit varietas: & cũ
varietate acerbitas:& cum acerbitate interminabi
litas:vt(ad reproborum ſupplicium) tormẽtorum
fumus aſcẽdat in ſecula ſeculorum. ¶Omnes autẽ
huius ſeculi dilectores prout videmus ad oculum,in
terrenis rebus fortes ſunt:in oratiõe vero & cõtem
platione:vniꝰ horę momẽto laſſantur.Pro acquirẽ-
dis diuitiis:honoribꝰ:& delitiis: quaſlibet iniurias
tolerãt: Sup̄na autẽ laborioſe quęrere tanto magis
diſſimulãt:quanto magis ea tribui tardius putant.
Verba ſunt Greg.diſt.xlvii.Et in.x.lib.moralium.

PRAEMISSIS bene inſpectis & conſidera
tis:ſolo noĩe dici & noiari valemꝰ catholici
humanę em̃ aures talia foris audiũt: qualia
foris ſonant:diuinę autem aures talia foris audiunt
qualia ex intimis dignoſcuntnr. Vnde oportet nos
ſemel mori:& ante tribunal iuſti iudicis p̄ſentari.Et
cõſequenter illud attendere debemus.Qualis quiſqꝫ
hinc egreditur.i.in diſſolutione animę & corporis:
talis in iudicio præſentatur & ſemp̄ manet: cum ſit
extra tẽpus amplius merendi.Super hoc paſſu me-
moriter tenere debemus illud Ozeæ. xiii. Perditio:
tua Iſrael:per caſum & lapſum in peccatum morta-

le. Tātūmodo in me auxiliū tuum:dum in vita præſenti exiſtis. ¶ Theorica doctorum manet:ꝙ poſt lapſum primorum parentum non eſt in nobis vitare mortalia:& præcepta diuina ſeruare:niſi deus deſuper porrigat manum adiutricem: communicando nobis primo gratiam gratis datam:cuius officium eſt excitare & mouere liberum arbitrium:vt a caſu & lapſu reſurgat:Et ipſius liberi arbitrii eſt tali excitationi & motioni conſentire: vt verificetur illud Apocalyp.iii.vbi deus dirigit verba conſcientiæ, dicens.Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo: ſi quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam: intrabo ad illum:& cœnabo cum illo & ille mecum.

¶ Et iſte ingreſſus ſalutifer ſequi non ſolet:niſi prçuia oratiōe ad deum. Et ſi in dubium reuocaretur: quç oratio magis grata & accepta deo per nos fieri poſſit: Reſpondetᷣ ꝙ eſt oratio dominica. de qua Matth.vi. Vnde cum Apoſtoli & Chriſti diſcipuli ſæpius Chriſtum magiſtrum ſuum in eius prædicationibus audiuiſſent orationem cōmendare: inſtantiſſime petierunt & erga eum inſtiterunt dicētes:Magiſter doce nos orare.Et cū ſcientia dei non ſit diſcurſiua:ſtatim aperiens os ſuū dixit.Cum oraueritis,primū dicite.Pater noſter &c. In qua oratione cōtinētur ſeptem ſalutiferç petitiones.Cuius quidem orationis dominicç tenor talis eſt cum eius tali quali expoſitione:licet non exquiſita:neceſſaria & Oratio dominica

debita. Quæ autem ad orationem vltra ſequentia requirantur:ad hoc videre expedit Tho.in ſecunda ſecundæ.Q.lxxxiii.per.xvii.arti.

PATER. IN quem Credimus. NOSTER. Quem diligimus.QVI es in cœlis. De quo ſperamus. Excelſus in creatione: Suauis in amore:Diues in hęreditate: Speculum æternitatis: Corona iocunditatis: Theſaurus felicitatis. Vnde Chryſo.ſuper verbo Pater:ait. Magis ſe voluit dici patrem q̄ dominum:vt nobis fiduciam impetrandi daret:quia ſerui non ſemper impetrant.Si filium dei te credis:illa pete quæ tibi expediunt accipere: & illum decet dare. Noſter dicit:non autē mi:libenter enim exaudit deus: quando Chriſtianus non ſolum pro ſe:ſed etiam pro aliis ſimul orat. Pro ſe orare naturæ eſt:pro aliis vero, gratię. Dulcior autem eſt ante deum oratio quam non neceſſitas mittit: ſed charitas fraternitatis commendat. SANCTIFICETVR nomen tuum.Hoc eſt tui nominis notitia in cordibus noſtris firmetur: & omnino cōfirmetur.Cum dicaris:immo reuera ſis: creator omnium viſibilium & inuiſibilium: ſpiritualium & corporalium.Et nedum creator:quinimmo etiam & recreator ſiue redemptor poſt lapſum primorum parentum:& cum hoc conſeruator. Nam tuo pręſentiali eſſe das omnibus rebus eſſe: ita q̄ ſi te ſubtraheres creaturis per inſtans ſiue momentum : tota

machina mundi ſicut de nihilo eſt creata: ſic in nihilum redigeretur. Etiam cum hoc es gratificator: & in fine beatificator. Animę enim noſtræ ſunt tantæ capacitatis: ꝙ in præſenti vita non poſſunt repleri aliquo bono creato: nec ex parte potentiæ cognitiuæ: neq; ex parte potētiæ amatiuæ. Ex parte potentiæ cognitiuæ: legimus de quodam philoſopho ætatis centum & ſeptem annorum: qui magnam partem habens de omni ſcibili: graui tamen infirmitate detentus: nimiumq; dolens: a circunſtantibus interrogatus quare ſic doleret: reſpondit. Non dico me ex eo dolere ꝙ mori incipiam: quis mors ſit vltimum terribilium: ſed dico me ex eo dolere quia nūc diſcere incipiebam. Alius itē philoſophus interrogatus vbi eſſet terminus ſcientiæ acquirendæ? Reſpōdit: vbi & vitæ. Idem dicebat Auguſtin9 de his quę ignorabat: ſcilicet ꝙ etiam ſi pedem in fouea teneret adhuc optaret etiam ab anniculo edoceri. ¶ Ex parte vero potentię amatiuę: nō ſuffecit Alexandro magno: nec etiam Octauiano totus orbis habitabilis: nec Salomoni tanta ſapientia, & tot diuitiæ: nec Aſſuero amplum regnū Perſarum & Medorū. Nihil tamen fruſtra creatum. Et ſic neceſſario credere oportet alium mundum fore: ad quem cum animæ noſtræ peruenerint: tunc & non ante: vnaquęq; illarum dicere poterit cum propheta regio pſal. xvi. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Teſte eni Bernardo

Aut ab anicula.

futurus eſt Deus Rationi plenitudo lucis: Volūtati
multitudo pacis:Memoriæ cõtinuatio æternitatis.
Confirmat hoc Augu.dicens:ꝙ ſi quæratur in quo
conſiſtat paradiſi gloria:reſpondetur ꝙ in neceſſa-
ria præſentia omnis boni:& neceſſaria abſentia ois
mali.Et Pſal.cii.dicitur . Qui replet in bonis deſide-
rium tuum.Et ſic ineſt vnicuiq; noſtrũ naturale de-
ſiderium cognoſcendi cauſam vniuerſalem quæ eſt
Deus:cum intuemur eius effectus:& ad eum perue
niendi : ita vt libere audeamus dicere cum Paulo :
Quis me liberabit a corpore mortis huius? Ad Ro.
vii.Et cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.ad Philip.
primo.Pro tanto in eadem oratione ſubditur.
ADVENIAT regnum tuum.Iucundum ſine per
mixtione cuiuſuis mœſtitię:trãquillum ſine quauis
perturbatione.Securum ſemel habitum : id eſt ſine
metu illud perdendi. Videntes enim diuinam eſſen
tiam: ſic in amore diuino ſtabiliuntur : ꝙ perpetuo
ab illa diuelli & ſeparari nequeunt.Cum(teſte Boe-
B̃titudo. thio)beatitudo ſit ſtatus omnium bonorum aggre
gatione perfectus.Vnde beatus eſt qui habet quic-
quid vult : & nihil mali vult . ¶ Quomodo autem
tale regnum nobis aduenire poſſit : & nos ad illud
peruenire? Certe nulla alia via niſi voluntates no-
ſtras diuinæ voluntati conformando. Pro tanto
ſubditur . FIAT VOLVNTAS tua ſicut in cœ
lo & in terra . Ac ſi diceret : vt omnia quæ odis:vt

Digitized by Google

ſunt peccata: peruerſę cogitationes: & iniquitates: quę nos & te diuidũt:odio habeamus & cum effectu.Quę vero diligis:vt ſunt virtutes theologicę: fides:ſpes:& charitas:quę nos tibi vniũt: & te habẽt pro obiecto & fine &c.diligam9.Idẽ dicẽdo de cardinalibus:& aliis moralibus virtutibus: vt eſt videre de prudentia: de temperãtia:fortitudine:& iuſtitia:de humilitate:patientia:& perſeuerãtia:& ſic de aliis virtutibus:quibus ad finem optatum vehimur & manuducimur. ❡ Fides (teſte Apoſtolo ad Hebrę.xi.) eſt ſubſtantia ſperãdarum rerum,argumẽtum non apparẽtium.Et dicitur ſubſtantia.i. fundamẽtum ſubſtans ędificio ſpirituali: quod eſt gratia & gloria.Ipſa em̃ facit aliqualiter res ſperandas in nobis ſubſiſtere in pręſenti per gratiam:& tandẽ faciet per gloriã:cũ ſit primus habitus virtutũ.Argumentũ dicitur.i.arguẽs mentem:cum fides inclinet intellectum ad credendum id quod non apparet. Fides.

❡ Spes vero eſt certa expectatio futurę beatitudinis ex meritis proueniẽs & ex dei dono.Cum (teſte Ap̄lo ad Ro. viii.) non ſint cõdignę paſſiones huius ſeculi ad futurã gloriã:quę reuelabitur in nobis. Vel ſpes eſt audacia mẽtis de largitate dei accepta habẽdi vitã ęternã per bona merita.Iuxta illud prophetę Regii pſal.xxxvi.Spera in domino & fac bonitatẽ:& paſceris in diuitiis eius. ❡ Charitas (teſte Ap̄lo primę ad Timotheũ primo) eſt finis p̄cepti: Spes. Charitas.

de corde puro: conſcientia bona: & fide non ficta.
Vnde Charitas eſt virtus qua diligitur deus pure.i.
ꝑpter ſeipſum tm̃ & ſuꝑ oia. Proximus amicus dili
gẽdus eſt in deo: & ꝑximus inimicus ꝑpter deum.

Signa dilect. ꝑxi.

¶ Signa dilectionis ꝑximi ſunt hæc. Quia amicus
amicũ libẽter audit: libẽter de ipſo loquit᷑: ſæpe de
ipſo cogitat: ſine tędio ei obſequitur. Corpus & res
ꝓ illo exponit: ipſum non offendit: ab alio offenſum
placat. Cõgaudet de proſperitate eius. Condolet de
aduerſitate: gaudet de eiꝰ ꝑſentia: dolet de eius ab-
ſentia: diligit & odit hoc qđ ille. Conat᷑ ei placere: ti-
met ei diſplicere: trahit alios ad eiꝰ amicitiã: mune-
ra ab eo ſibi data nõ alienat: cõſiliis eius acqeſcit: &
petit ab eo fiducialiter. ¶ Pręmiſſis bñ ꝓſpectis: qli-
bet q̃rat a ſeipſo ſi iã dicta in eo concurrant: & ſi di
ci valeat alteri verus amicus & proximus.

Charitatem te habere qui ſcias.

¶ Quali-
ter aũt poſſit quis ſcire vtrũ habeat charitatẽ: pro
hoc eſt notandũ ſecundũ doct. ꝙ quidã ſciunt pro
certo ſe nõ habere charitatẽ: ſcilicet illi q ſũt in actu
peccandi: vel in ꝓpoſito deliberato. Quidã vero du-
bitãt ſe eam habere: quia rationes habent pro vtra
ꝗ parte: vt ſunt illi qui incipiunt facere quod in ſe
eſt. Quidam vero putãt ſe habere charitatem: ſicut
ſunt illi qui multa bona fecerũt: & diu abſtinuerunt
a peccato: adhuc autem ſuſtinent motus tentatio-
nis: & imaginantur turpia. Alii vero experiuntur ſe
habere charitatem: vt illi qui guſtant diuinam dul-

Digitized by Google

cedinem:in quibus fomes fere extinctus eſt:& quaſi ſemper volunt facere bona.Quidam autẽ certi ſunt ſe habere charitatem:vt illi quibus Deus reuelauit: qualis fuit Paulus:cui dominus dixit ſecũdę ad Corinth.xii.Sufficit tibi gratia mea. De hac materia tractat beatus Tho.in prima ſecundæ.Q.cxii.per.v. articu. ¶ Prudentia vero vt eſt virtus politica:eſt ad rationis normam vniuerſa quę homo cogitat,dicit, & facit,dirigere:ac nihil præter rectum velle vel facere.Prout autem eſt virtus purgatoria: eſt mundũ & ea quæ in mundo ſunt,diuinorum contemplatione deſpicere:ac omnem animæ cognitionem in ſola diuina erigere.Inquãtum autem eſt virtus purgati animi:eſt ſola diuina ſcire & ea tanq̃ nihil aliud ſit intueri.Et vt eſt virtus exemplaris:eſt ipſa mens diuina. ¶ Temperantia(ſecũdum Macrobium)eſt nihil appetere pœnitendum:& in nullo legem moderationis excedere:ac propriam cupiditatem ſub iugo rationis domare.Homo enim habet vehementẽ appetitũ cõſeruandi ſe in eſſe indiuidui per nutritiuã. ¶ Fortitudo vero(ſcd̃m eũdẽ Macrobiũ)eſt ſupra metũ periculi agere:nihilq; niſi turpia timere:& tolerare fortiter aduerſa.Quia neq; aduerſis deiici:neq; ꝓſperis eleuari debem9. Virt9 eni cõſiſtit in aggreſſiõe arduorũ:in tolerãtia aduerſorũ:& i abſtinẽtia placitorũ. ¶ Iuſtitia aũt ſcd̃m eũdẽ:ẽ ſeruare vni cuiq; qd̃ ſuũ eſt. ¶ Humilitas vero eſt ex ītuitu pro

Prudẽtia. Temperã tia. Fortitudo. Iuſtitia. Hũilitas.

priæ conditionis & ſui conditoris:voluntaria mentis inclinatio. Vnde Auguſti. O homo ſi te videres: ſupple pfecte.i.imperfectiones tuas:tibi diſpliceres & mihi placeres. Sed quia te non vides : tibi places & mihi diſplices. Venient autem dies : in quibus & mihi & tibi diſplicebis : mihi quia condemnaberis exigentibus demeritis tuis : & tibi quia ardebis.

Humilitatis gradus.

¶ Tres autem ſunt gradus humilitatis. Primus eſt ſubiicere ſe maiori,& non præferre ſe æquali. ¶ Secundus eſt ſubiicere ſe æquali,& nõ præferre ſe minori. ¶ Tertius eſt ſubiicere ſe minori. Primus neceſſarius eſt & ſufficiens. Secundus abundans. Et tertius ſuperabundans. Et ad hunc peruenit Chriſtus in hoc,ꝙ (vt ſcribitur Matth.iii.) baptizari voluit a Ioanne:qui non audebat tangere ipſius verticem: quinimmo Ioannes prohibebat eum,dicens. Ego a te debeo baptizari:& tu venis ad me? Reſpondens autem Ieſus dixit ei:ſine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. ¶ De patientia & perſe-

Perſeuerãtia.

uerantia poſſent plura in mediũ adduci:quæ omittuntur breuitatis amore:Subdendo illud Apoſtoli ſecundæ ad Timo.ſecundo. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit:& perſeuerauerit vſq; in finem. Indecens enim nimis eſt prius ſoluere militiæ cingulum:anteq̃ cedat victori aduerſitas prçliorum aduerſus carnem:mundum:& dæmonem. ¶ Fiat in quam voluntas tua:vt quæ tibi placent : vt ſunt tua

Digitized by Google

diuina præcepta & alia:impleamus.Quærenti eñ a
te adoleſcenti.Matth.xix.Quid faciẽdo vitã æternã
poſſideret?Reſpondiſti.Si vis ad vitam ingredi, ſer
ua mandata.In cuſtodiendis eñ illis retributio mul
ta.Pſal.xviii.Vñ(vt ait Bonauẽtura i breuiloquio)
Dotes animæ beatæ in patria ſunt tres:ſcilicet:Vi- Dotes aię
ſio eſſentiæ diuinæ:Fruitio:& Tẽtio:vt reſpondeãt
fidei:ſpei:& charitati:virtutibus theologicis in ba-
ptiſmo infuſis. Corporis vero glorificati dotes ſunt Dotes
quatuor:ſcilicet Claritas : Impaſſibilitas : Agilitas: corporis.
& Subtilitas.Pręmiũ vero accidẽtale:ſcilicet Aureo Aureola.
la:debetur triplici generi operis:ſcilicet Martyrio:
prædicationi:& cõtinentiæ virginali.Sequitur. PA
NEM noſtrum quotidianũ da nobis hodie. In hac Panis qn
parte petimus quincuplicẽ panẽ:ſcilicet panem do- cuplex.
ctrinalẽ:pœnitentialẽ:virtualem:ſuperſubſtãtialem:
& corporalem.Doctrinalẽ dico : Cũ(teſte veritate
Matth.iiii.)non in ſolo pane corporali viuat homo:
ſed i omĩ verbo qđ ꝓcedit ab ore dei:quo arguunť
peccata & cõmendanť virtutes:prout habeť Deu-
tero.viii.Et ex illo procedit cõſequenter panis pœni
tentialis:de quo inferius dicetur.Et ex pœnitentiali
virtualis.Et ex virtuali ſupſubſtantialis:qui plene re
ficit:vere nutrit:ſummeq; impinguat:nõ corpus:ſed
cor:non ventrem,ſed mentem:non carnem,ſed ani-
mã.Memoriterq; teneať illud Aug.in pſona Dei di
centis.Nõ hoc corpus qđ videtis mãducaturi eſtis:

Digitized by Google

& bibituri illum ſanguinē quē effuſuri ſunt illi qui me crucifigēt:ipſum quidem & nō ipſum:ipſum in uiſibiliter:& nō ipm viſibiliter. Et ſi neceſſe eſt ipm celebrari viſibiliter:neceſſe eſt ipſum inuiſibiliter in telligi. Illum vtiq; panem intelligo,qui manu ſancti ſpiritus formatus fuit in vtero virginis:& igne paſ- ſionis decoctus in ara crucis. Ait Ambroſius.
¶ Pro confirmatione præmiſſorū adducitur deter minatio eccleſiæ in.c.Firmiter.vbi ſubdūtur hęc ver ba formalia. Vna vero eſt fidelium vniuerſalis eccle ſia:extra quā nullus omnino ſaluatur:in qua idē ſa- cerdos eſt & ſacrificiū Ieſus Chriſtus:cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus pa- nis & vini veraciter continentur:tranſſubſtantiatis pane in corpus:& vino in ſanguinem poteſtate diui na:vt ad perficiendū myſteriū vnitatis:accipiamus ipſi de ſuo:quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc vtiq; ſacramentū nemo poteſt cōficere: niſi ſacerdos qui rite fuerit ordinatus ſecundum claues eccleſiæ:quas ipſe cōceſſit apoſtolis,eorumq; ſucceſſoribus Ieſus Chriſt9. Aug. Nihil tamē a bono maius:nihil a ma- lo minus perficit̄ ſacerdote:quia nō in merito ſacer dotis:ſed in verbo efficit̄ creatoris. Et Greg.in Ho milia Paſchali. Quis eni fideliū habere dubiū poſſit in illa immolationis hora ad ſacerdotis vocē cœlos aperiri:in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum cho ros adeſſe? ¶ Quintus autē panis eſt corporalis: cū

dictũ fuerit ꝑ deũ primo homini.Gene.iii. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et cũ datum ſit nobis in pœnã vt eſuriamus & ſitiamus:ſine culpa cõſequẽter comedimus & bibimus: dũ tamẽ citra ſaturitatem & ebrietatem comedamus & bibamus. Paucis enim & minimis cõtenta manet natura.Redeundo ad ſecũdum panem: ſcilicet pœnitentialem ſequitur in eadem oratione. ET DIMITTE nobis debita noſtra.i.omnia peccata quęcũq; cõtra te cõmiſimus:aut cõtra noſmetipſos aut contra proximos:quæ nos debitores pœnę ſuſtinendæ fecerũt: & hoc medio verę pœnitẽtiæ:& iuſtificationis.Vnde Iuſtificatio(ſecundum Tho.qui in prima ſecundæ.Q.cxiii.per decem arti.materiam illius ꝓſequitur)eſt quidam motus quo anima mouet̃ de ſtatu culpę in ſtatum iuſtitię. Ad quã habendam: multa cõcurrere habent. Primũ eſt gratia gratis data:cuius officiũ eſt excitare & mouere liberũ arbitriũ:vt à tali caſu & lapſu reſurgere velit.Vnde dicit̃ Ozee xiiii.Perditio:tua Iſrael:tãtũmodo in me auxiliũ tuũ. Liberi vero arbitrii eſt tali excitatiõi & motioni cõſentire.Reqrit̃ etiã ali9 mot9.ſ.liberi arbitrii in deũ ꝑ verã fidẽ charitate formatã.Cum in plęriſq; paſſibus diuinę ſcripturę iuitet nos de9 ad cor pœnitẽs. Vt Hiere.ii.&.iii.cap.vbi inuehẽs ait.Qꝫ vilis facta es nimis:iterans vias tuas.& dirigẽs verba aię peccatrici:ſubdit.Tu aũt fornicata es cũ amatoribus

Debita noſtra.

Iuſtificatio.

Digitized by Google

multis:tamẽ reuertere ad me:dicit dñs: & ego ſuſci
piam te.Et prouerb.viii. Delitię meę eſſe cum filiis
hominũ.Omiſſis autem aliis auctoritatibus requi-
ritur etiam alius motus, ſcilicet in ipſa peccata: per
illorũ deteſtationẽ & diſplicentiã: cũ propoſito con
fitendi & ſatiſfaciendi: & vltra non recidiuandi. Et
tunc ſuperuenit gratia gratũ faciẽs pœnitentẽ: cu-
ius ingreſſus in animã:operat᷑ egreſſum culpę mor
talis:pœnã æternã tali culpę mortali debitã:in pœ-
nam temporalẽ cõmutando:ſuſtinendam hic vel in
purgatorio.His autẽ debito modo concurrẽtibus:
cũ abſolutione facta ab eo in quo eſt ordo:clauis:&
iuriſdictio:abſoluitur homo a peccato: reunitur ec-
cleſię:& recõciliat᷑ Chriſto mediante claue ſacerdo-
tali. Sequitur. SICVT & nos dimittimus debito-
ribus noſtris.Si nos non dimittimus aliis:neq; pec-
cata per nos perpetrata & cõmiſſa remittentur no
bis.Paſſus enim iniuriã in corpore vel in bonis: in-
ferẽti(ſedata paſſione) de neceſſitate ſalutis remit
tere debet rancorem cordis & ſigna rancoris: ſi vi-
deat inferentẽ ceſſante fictione bonã fidẽ agnoſcẽ-
do:pœnitere.Iniuriã vero illatã quo ad emendã ho-
norariã:aut vtilẽ:nõ cogit᷑ remittere: cũ reipublicæ
intereſt ne crimina maneãt impunita:ne ꝑ impuni-
tatis audaciã:fiant qui nequã ſunt:nequiores. Si ve
ro illã emendã remittere voluerit:duplicẽ coronam
reportabit.Et ſequit᷑ in oratione, ET ne nos indu-

Dimittẽdus rancor & ſigna eius.

Digitized by Google

eas in tentationem. Non petimus in hac parte: vt præſeruemur a tentationibus carnis:mundi:& dæmonis:cũ ipſę ſint nobis vtiles:dũmodo nõ acquieſcamus illis:ſed potius vt eis reſiſtamus.nã in illa reſiſtentia cauſať meritũ.Iuxta illud ſapientis Eccleſiaſtici.xxxi.Potuit tranſgredi & nõ eſt tranſgreſſus:& facere mala & nõ fecit.Meritũ enim eſt boni operis efficacia ad obtinendũ illud qđ nõ habeť.Meritum igitur dicitur quod de indebito fit debitum: vel de debito magis debitum:vel de debito vno modo debitũ alio.De materia etiã meriti idẽ Tho. in prima ſecundę late proſequitur.Q.cxiiii.per decem arti.In hac ergo prædictæ orationis parte ſolum inſtamus erga Deũ:ne ab illis tentationibus vincamur & ſuperemur:ſed potius victores maneamus.In hac petitione præſto & paratũ ſe offert Deus nobis:teſte Apľo.primę ad Corinth.x.ſubdẽs.Fidelis aũt Deus eſt:q nõ patieť vos tentari ſupra id qđ poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum:vt poſſitis ſuſtinere.Sequitur.SED Libera nos a malo.Culpæ: pœnæ: & damni. Præterito: præſenti: & futuro. AMEN.ideſt vt ita fiat quotquot ſumus Chriſti fideles corpus myſticum facientes: cuius corporis caput eſt CHRISTVS:optamus:in viſceribus IESV CHRISTI:& ob honorem paſſionis ſuæ:quã pro nobis ſuſtinere voluit:eidem humiliter ſupplicãdo:quatenus id implere dignetur in nobis. Meritum

ET quia parum admodum prodeſſet homi-
ni:credenda firmiter credere:& deinde ora-
re : niſi etiam ipſe poſtq̃ peccauit a peccatis
ſuis per verã pœnitentiam reſurgeret:& deinde mã
data Dei vt bonus Chriſti ſeruus fideliter adimple-
ret:Ideo hic de pœnitẽtia:omiſſis pro nunc aliis ec-
cleſię ſacramẽtis:& deinde de decẽ pręceptis legis:
quorũ obſeruatio oino neceſſaria eſt nobis ad per-
ueniendũ ad noſtrũ finem vltimũ.i.ad vitã æternã:
aliqua pauca admodum notãda ſubdentur in hunc
qui ſequitur modũ. QVONIAM (teſte ſaluatore
Lucę.xv.) maius gaudiũ eſt in cœlo ſup vno pecca-
tore pœnitentiã agẽte:q̃ ſup nonaginta nouẽ iuſtis
qui non indigent pœnitentia: Eſt igitur pœnitentia
virtus admodum laudabilis:magni meriti:maxime
Deo placens:magnęq; efficacię:vtpote quę Deũ ob
peccata noſtra a nobis elõgatum:vt ad nos redeat:
attrahit.Nã iuſtitia ante eũ ambulabit : qua ſcilicet
peccator in arce ſuæ cõſcientiæ reſidẽs:ſe pro exigẽ
tia malefactorũ affligit & cruciat : vindictã de Dei
offenſa in ſe ipſo ſumendo:& ipſe ponet in via,miſe
ricordiæ ſcilicet,greſſus ſuos.Ipſa ſola eſt quę homi
nẽ a diabolo ſubiugatũ:necnon & in ſeruitutẽ reda
ctum (quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati)
priſtinæ reſtituit libertati.Ipſa ſola eſt quæ hominẽ
onere peccatorum preſſum:necnon vſq; ad portas
inferi lapſum releuat:& vſq; ad portas regni cœlorũ

Pœnitentię cõmendatio.

reducit.Nam teſtatur Chriſtus.Lucę.xiii. Niſi pœnitentiā habueritis:oēs ſimul peribitis.Et eius præcurſor.Matth.iii.Agite pœnitentiā: appropiquabit enim regnū cœlorū.Ipſa ſola eſt quę homini ex diuitiis in paupertatē maximam ſpiritualem lapſo: denudato:& ſpoliato: priſtinas recuperat diuitias & veſtes:cum per eam mortificata reuiuiſcant opera: & virtutes & gratia: quæ ſunt animæ veſtimenta: eidem reſtituantur.Ipſa ſola eſt quæ animam mortuam viuificat.Mors enim animæ:ſeparatio eſt dei ab ea:quæ fit per peccatum mortale:in quod ſi lapſus fuerit homo:oret:cōtēpletur:ieiunet: infirmos viſitet:omnia ſua largiatur: mundum contemnat: ſit caſtus:humilis:patiens:non ꝓpterea viuificabit̃: pœniteat ſolū:a morte liberabit̃ & reſurget. O mira virtus:q̄rēda:amāda:amplexāda:quā ſolā horret aduerſarius noſter:circuiens: quærens quem deuoret.Ipſa eſt porta cœli:ꝑ quam ſolam:veſte innocentię exuti:ad vitam ęternā ingredi poſſunt. Hanc ſi poſſet inuenire dęmon obſtinatus:a damnatione liberaret̃.Ad hanc ſi recurſū habuiſſet Iudas ꝓditor nequiſſimus: non periiſſet. Ad hanc confugientes Magdalena peccatrix famoſa:Petrus qui trina voce dñm abnegauerat: Dauid adulter ac homicida: & latro a dextris Chriſti pēdēs:q toto vitę tpe latrociniis & pc̄tis nefandis vacauerat:in paradiſū ſunt ad miſſi.Eſt igit̃ vtile q̄plurimū veræ pœnitentiæ artē

cognoſcere:& ſumme neceſſariũ his q animarũ cu-
ram ſumpſerũt:quibus ex officio incumbit ſibi ſub
iectos viuificare.Alias fruſtra capitis nomen ſibi tri
buerent.Eſt enim capitis officiũ in cætera influere
mẽbra:ipſi enim ad inſtar Chriſti: & Ioannis bapti
ſtę pręcurſoris,totum ſtudiũ & totam curã impen-
dere debent vt peccatores reuocent.Quãobrẽ ex ſa
cris doctoribus imprępſentiarum colligere oportet:
quo modo anima in peccatis dormiens & ſopora-
ta excitari & exurgere poſſit:& quas ob cauſas fe-
ſtinanter & diligenter pœnitere debeat.

Primum capitulum.Qꝫ homo in peccato exi-
ſtens ſine dilatione reſurgere debeat.

HOMO in foueam peccati lapſus: necnon a
deo diuiſus & ſeparatus: abſqꝫ mora debet
viribus totis reſurgere:& a ſtatu peccati ve
lut venenoſo ſerpente paſſibus mentis velociſſime
fugere:& dei gratiã & amorẽ recuperare. Iuxta il-
lud Eccleſiaſtici.v.Non tardes ad dñm conuerti: &
nõ differas de die in diem.Et hoc ꝓpter multas cau
ſas. Prima eſt a peccatore multum conſideranda:
quia quicquid in tali ſtatu egerit de genere bonoꝝ:
q̃uis in fine ſit ſaluandus:ad beatitudinẽ nihil pro-
derit: nec ei maior dabitur beatitudo eſſentialis q̃
ſi nõ egiſſet. Secũdum illud primę ad Corinth. xiii.
Si linguis hominũ loquar & angelorum: Charitatẽ
autem non habeam:factus ſum velut ęs ſonans:aut

cymbalum tinniens.Et ſi habuero prophetiã:& nouerim myſteria omnia:& omnem ſciẽtiam: & ſi habuero omnẽ fidem:ita vt montes transferam: charitatem autem non habeam: nihil mihi prodeſt.Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas:& ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero:nihil mihi prodeſt. Propter iſtam cauſam charitas dicitur animę vita: & omnium aliarũ virtutum forma:per cuius perditionem remanet anima mortua:remanent & ſingulę alię virtutes cum earum operationibus mortuæ. Propter iſtã cauſam multi ſunt in paruo gradu beatitudinis cõſtituti, puta inter Angelos:qui eſſent in maximo gradu,puta inter Seraphin aut Cherubin: ſi opera q̃ fecerunt in vita:fuiſſent charitate formata.Illi ſcilicet qui per magnũ tẽpus exercuerũt opera pietatis:aut aliarũ virtutũ in ſtatu peccati mortalis:& circa finẽ pœnituerũt.Quãtũ putas triſtarẽtur:ſi ſtatus ille triſtitiã admitteret:qꝫ tanto bono priuãtur ea ſola cauſa quia charitate caruerũt dum illa opera bona exercebãt.Hęc ſi aduerteret homo & affectũ beatitudinis feruentẽ haberet:nunq̃ exerceret opus bonũ:quin cõſcientiã ſuã diſcuteret: q̃n corde p̃teritas lugeret offenſas.Iuxta cõſiliũ Hiere. iiii.c.Nouate vobis nouale nouũ:nolite ſerere ſuper ſpinas.¶Secunda cauſa eſt:quia cũ homo eſt in ſtatu peccati mortalis:oĩa opera q̃ prius fecit in chari-

Charitatis excellẽtia.

tate:quę fuerunt vitę æternæ meritoria:ſunt morti ficata:& ea ſecūdū pſentē iuſtitiā quātum ad remunerationem vitæ æternę oblitus eſt dn̄s. Iuxta illud Ezechie. xviii. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem:oēs iuſtitiæ quas fecerat non recordabuntur. Vt ergo reuiuiſcant in acceptatione dei:diligenter & feſtināter elaborare debet homo: ad inſtar hominis cuius omnia bona:quę toto labore prȩterito lucratus eſt:& quæ ex ſucceſſione habuit:ſunt arreſtata:quibus pro tunc vti non poteſt: q diligenter elaborat erga iudicē aut principem:vt ſuę poteſtati reſtituant̄.Et non ſolum ea quę meruimus p operatiōes:arreſtata ſunt per peccatum: ſed etiā ea quę virtute paſſionis Chriſti nobis p ſacramēta applicatę:erāt debita. ¶ Tertia cauſa.Quia ſecūdū Grego.peccatū quod p pœnitentiā nō diluit̄: mox ſuo pōdere ad aliud trahit. Abyſſus em̄ abyſſum inuocat.Et ſicut homo grauitate pōderis icuruatus verſus terram:magis & magis incuruat̄ niſi pōdus abiiciat:ita & aīa peccatorū pōdere incuruata.De quo pōdere inquit Pſalmiſta. Quoniā iniquitates meæ ſupgreſſę ſunt caput meū:& ſicut onus graue grauatę ſunt ſup me.Præterea ſicut virga de ſe recta, ſi incuruet̄:quanto diutius in ſua curuitate retinet̄:tanto magis & firmius ei adhęret curuitas: ita ꝙ poſtea difficile rectificari poteſt: ita eſt & de anima in peccato diu conſeruata. Peccatum enim

Digitized by Google

nihil aliud eſt niſi curuitas quædam. Nam ſecundū philoſophos nō eſt aliud q̄ diſceſſus a recto. Præterea ſicut vulnus corporale: niſi ei ſtatim ſua medicina adhibeatur: difficilius poſtea ſanabitur: ita eſt de vulnere ſpirituali animæ. Quamobrem ſi hominem contingat in peccatum labi: beatus erit & felix (atteſtante propheta, Pſalmo primo) ſi in via peccatorum non ſteterit: ſed ſtatim redeat. Et per oppoſitum miſer & infelix: ſi immoretur.

¶ Quarta cauſa eſt propter vocantis reuerētiam & honorē. vocatus enī pauper a rege aut principe: velociter accurrit: nec facit eum diu expectare: & ſi faceret, exprobrādus veniret: nec mirū eſſet ſi dominus ille vocans ad iracundiā incitaret̃. Sed Chriſtus dominus & rex noſter (atteſtante Ioanne Apocal̃. iii.) ſtat ad oſtium cordis peccatoris: & pulſat: & ipſum indeſinēter vocat. Erit igitur magnis opprobriis dignus: ſi voces domini & dei ſui non exaudiat: pręcipue cum eū nō vocet: niſi pro eius vtilitate & ſalute.

¶ Quīta cauſa eſt: qa peccator q̄ cito eſt ſibi opportunitas: ſub pœna noui peccati tenet̃ virtute præcepti de dilectione ſui, ſibi gratiā Dei cōparare. Si enī virtute dilectionis qua propriū corpus poſt ꝓximū diligere tenet̃: ſtatim cognita infirmitate periculoſa corporis: medicinā corporal̃e & remediū poſſibile quęrere debeat: quāto magis cognita infirmitate ſpūs: quē ſine cōparatiōe tenet̃ plus q̄ corp9 dilige-

re: tenetur ſibi cõuenientem adhibere medicinam?
Propterea dicit Auguſtinus de iis q non ſtatim pœ
nituerunt: ſed perſeuerarunt in ſtatu peccati: & il-
lud allegat magiſter.diſtinct.xvi.Quarti.ꝙ conſi-
derent quantum perſeuerauerint:& defleant ꝙ per
ſeueranter peccauerint.

¶Secundum cap.in quo oſtenditur quæ ſunt
peccatori neceſſaria ad reſurgendum.

VT peccator reſurgat a peccato ad ſtatũ gra
tiæ,multa ſunt ei neceſſaria.Primũ eſt:vt vi
rib9 animæ intus collectis:ſuã cõſciẽtiã dili
gẽter diſcutiat:& quãtũ humana fragilitas ꝑmittit:
ſingula peccata mortalia ab eo cõmiſſa:ſaltẽ ab vlti
ma contritione:ad memoriã reducat:vt dicere poſ-
ſit cum regio propheta.Pſal.cxviii.Vias meas conſi
deraui.i.actiones:vt inquit Caſſiodo.quę(qa huma
næ ſunt)abſq; peccato eſſe nõ poſſunt.Et ꝙ iſta re-
cognitio ſui peccati & offenſę Dei ſit neceſſaria:pa
tet per illud Pſal.quinquageſimi. Amplius laua me
ab iniqtate mea:& a peccato meo mũda me:Quo-
niam iniquitatem meã ego cognoſco.Quærit enim
a Deo ſuorum peccatorum remiſſionem:pro cauſa
allegans recognitionem.Propterea dicit Auguſtin9
& allegat magiſter diſt.xvi.Quarti.Conſideret pec
cator qualitatem criminis in loco:in tẽpore:in perſe
uerantia:in varietate perſonæ:& quali hoc fecerit tẽ
tatione:& in ipſius vitii multiplici executione.

¶ Secundũ neceſſariũ eſt:ꝙ ſingula peccata cũ occurrũt:in illa diligenti inquiſitione deteſtetur ſingillatim:& grauius magis deteſtetur: ac de eo magis doleat:ſi ei poſſibile ſit:vt dicere poſſit cum regio propheta.pſal.vi. Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes.i.ſingula peccata: lectũ meũ .i.conſcientiam meã:lachrymis meis ſtratum meũ rigabo.Et hoc dicit Richard.in quarto, diſtin.xvii. Queſt.prima.articu.v.ſcilicet ꝙ in illa inquiſitione de grauiori magis ſit dolendum.Et ratio eſt: quia de his dolendũ eſt quia dei offenſiua ſunt:ergo magis dolendum eſt de illis quę ſunt magis offenſiua.

¶ Tertium neceſſarium eſt,ꝙ facta illa diſcuſſione ſufficienti:omnia ſimul quę occurrunt vna deteſtatione generali abſolute deteſtet͛:& alia ſiqua cõmiſerit quę ſint oblita.Et ꝙ illa deteſtatio ſit ex amore dei:quia ſcilicet eius ſunt offenſiua:& non ſolũ ex timore pœnę futuræ:aut ſolũ quia ſunt naturę nociua:aut qa ſunt turpia.Et ꝙ iſta deteſtatio ſit neceſſaria:patet ex illo Aug.Nõ poteſt homo nouã vitã inchoare niſi eũ veteris pœnituerit. Et ꝙ ex amore dei debeat eſſe & non ſolũ ex timore:patet: quia ad iuſtificationẽ impii (ſecundũ doct.prǽſertim ſcđm Tho.prima ſcđę.Q.cxiii.arti.iiii.&.v.)requirit͛ conuerſio in deũ:& auerſio a peccato:ſicut in peccato erat auerſio a deo:& cõuerſio ad cõmutabile bonũ. Et iſtđ ſatis patet ex illo:Conuertimini ad me & ego

conuertar ad vos. Illa aũt cõuerſio ad deũ: fit p̄ eius amorẽ: ſicut auerſio a pc̄tõ fit p̄ ei9 deteſtationem.

¶ Quartum neceſſarium: eſt propoſitũ de non recidiuãdo. Nã (vt iquit Greg.) Pœnitẽtia eſt p̄terita peccata plãgere: & iterũ plãgẽda nõ cõmittere: Et illa ſecũda pars exponi ſolet quantũ ad ꝑpoſitũ.

Pœnitentia.

¶ Vltimũ reqſitũ eſt ꝑpoſitũ cõfitẽdi ſingula ſacerdoti idoneo: occurrentibus tempore & loco. Et ꝙ iſtud ſit neceſſariũ: patet p̄ illud Pſalmiſtę. pſal. xxxi. Dixi (non verbo vocali: ſed mentali ꝑpoſito) confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

¶ Ex his tribus vltimis, puta deteſtatiõe peccati ꝓpter deũ: ꝑpoſito non recidiuandi: & ꝑpoſito confitendi loco & tp̄e opportunis: reſultat vera cordis cõtritio ſufficiẽs & neceſſaria ad remiſſionẽ mortalis peccati. Ex quo patet ꝙ peccator qcũq; q ex corde toto & veraciter (ſicut inqt Ioãnes de Gerſono) has tres veritates ſubſcribendas dicere põt: peccati remiſſionẽ: & dei gratiã conſeqt̄. ¶ Pria veritas eſt. Dñe ſic vel ſic cõtra bonitatẽ tuam peccaui: qđ mihi diſplicet: ratione cuius & pœnitentiã ago: quia te offendi: qui totus es venerandus & colendus: ꝙq; tua mãdata tranſgreſſus ſum. ¶ Secunda veritas. Domine bonum habeo propoſitum & deſiderium mediãte tuo iuuamine mihi in futurum præcauendi ne incidam in peccatum: & occaſiones peccato-

Veritates Gerſonis.

rum iuxta poſſibilitatem virium euitandi. ¶ Tertia veritas eſt: Domine bonam habeo voluntatem peccatorum meorum confeſſionem integraliter faciendi pro loco & tempore ſecundum tuum & ſanctæ matris eccleſiæ mādatum & pręceptū. ¶ Hæc facilia ſunt: & in cuiuſlibet hominis vtentis ratione libera poteſtate:cum ſolum actus volūtatis interiores requirant:quibus nihil eſt magis in hominis poteſtate. Quamobrem videbitur ſuæ ſalutis contemptor:qui in peccatum lapſus:hæc tria non ſtatim offeret domino pro animæ ſuæ liberatione.

¶ Tertium cap. Qꝫ homo poſt reſurrectionem a peccato:ſummopere debet cauere recidiuum.

HOMO poſtq̄ fodiendo terrā cordis ſui vomere diſcuſſionis & cōtritionis peruenerit vſqꝫ ad aquas gratię:aquas inquā viuas ſaliētes in vitā æternā:maxima cū diligentia obſeruare debet:ne Phyliſtiim.i.diaboli:cupiditatem rerū terrenarū & trāſitoriarū ſuperponētes fontē obſtruāt: & pereant aquę:nec in opera vitę ęternę meritoria fluant. Homo cū in agro cordis ſui hūc gratiæ diuinę theſaurum inuenerit:omni diligentia ſeruare debet:ne ſuperuenientes fures,ſcilicet mūdus:caro: & dęmō:illū ſubripiāt:ne velut Eſau ꝓ paucula & modica voluptate:ius illud qđ habet ĩ cœleſtib⁹ vēdat: & a dęmone ſupplanteť:ſed illo theſauro negociari debet in operib⁹ miſericordiæ,vt augeať & abūdet:

magis:quouſq; in conſummationem tranſeat in futura gloria. Nam gloria nihil aliud eſt q̃ gratia conſummata. Vnde Prouerb.iiii.dicitur. Iuſtorum autẽ ſemita quaſi lux ſplendẽs procedit & creſcit vſq; in perfectum diem. Propter hanc cauſam nos hortaẽ ſapiẽs Prouerb.iiii. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Quia ex ipſo bene cuſtodito procedit vita:& ex ipo male cuſtodito mors. Et (vt inquit Bernardus in expoſitione illius euangelii, Intrauit Ieſus in quoddam caſtellũ) Cor debet muniri muro cõtinẽtiæ:ne voluptatum aquæ dulces per conſenſum ingrediantur: debet item muniri antemurali patientiæ:ne tribulationum amaræ aquę ingredientes:ipſum deiiciãt a ſua nobilitate per murmurationem, blaſphemias, aut impatientiam. ¶ Et ſi huiuſmodi muros aduerſarius noſter quęrens quem deuoret:tentationũ machinis concutere & euertere funditus nitatur:recurrat homo ad dominũ:qui omni poſcẽti paratus eſt auxilium præbere. Vnde Sapiẽs Prouerb.xviii. Turris fortiſſima Nomen Domini. Ad ipſam recurrit iuſtus:ſcilicet cum impugnatur: & exaltabitur per victoriam.

De recidiuo vitãdo

ET propter multas cauſas homo ex abyſſo peccatorum & portis inferi: Deo dexteram porrigente:releuatus:necnõ per eius gratiam Deiformis factus:toto conatu:ne iterum relabatur, elaborare debet. ¶ Prima eſt:quia peccatum in quod relabitur eſt multo grauius & magis diſplicẽs Deo:

q̃ ſi nunq̃ reſurrexiſſet:vt deducit Scotus.xxii.diſt. Quarti.& cæteri doct.eadẽ diſt.Tũ ꝑpter ingratitudinem beneficii a Deo ſuſcepti:beneficii inquam remiſſionis præcedentium peccatorum: & collationis gratiæ.quod quidem beneficium ſecundũ doct. eadem diſt.eſt circunſtantia aggrauans.Tum propter promiſſionem factam Deo in contritione:non eni poteſt remitti peccatũ(vt dictũ eſt cap.præcedẽti)niſi habeat homo propoſitum de non recidiuando.Quod quidem propoſitũ nihil aliud eſt:niſi quædam interior & mentalis promiſſio : qua Deo promittit ſe iterum non caſurum.Et ſic vltra obligationem qua obligabatur vitare peccatum ratione diuinorum pręceptorum:obligatur ratione illius promiſſionis factæ:cum omne promiſſum nõ vergens in peiorem exitum:de iure ſit ſeruandum.Et ſic magis obligatur:q̃ ante cõtritionem:& maius eſt peccatum:vbi maior eſt obligatio.Propterea de recidiuante dicit Luc.xi.Erũt nouiſſima hois illius peiora prioribus.Et quia illud peccatum eſt maius:difficilius erit ſecũdo ab eo reſurgere:quia (vt dictũ eſt) de maiori magis eſt dolendum.Et licet Deus ſit paratus(ſi fecerit peccator quod in ſe eſt)ad eum recipiendum:verumtamen propter ingratitudinẽ nõ tantũ mouet:nec tantum inſtigat:nec tantum præuenit vt reſurgat:ſicut ſi non eſſet ingratitudo.

❡Secunda cauſa qua debet retrahi a relapſu : eſt

(præcipue ante pœnitentiam factam pro peccatis prius remiſſis) quia opera facta poſt relapſum: non ſunt ſatiſfactoria pro pœna quæ eſt adhuc debita pro peccatis prius remiſſis. Et ſi contingat eum decedere in illo peccato in q̄d relabitur: nō ſolū punietur pro illo ęternaliter: ſed etiam pro prius dimiſſis pro quibus nō plene ſatiſfecit: vt dicūt om̄es ferme antiqui doctores. Hoc expreſſe tenet de Gādauo in quolibetis: & Altiſſiodo. in. Q. qua quærit vtrū poſſit aliquis ſatiſfacere in ſtatu peccati mortalis.

¶ Tertia cauſa principalis eſt: quia frequenter reſurgens poſt recidiuū: reſurgit ad minorē gratiā q̄ ſit illa a qua cecidit: vt expreſſe ponit Bonauentura in Quarto. diſtinct. xiiii. in ſecūda parte. articu. ſecūdo. queſtionibus prima & ſecūda. Quia ſi contingat eū reſurgere poſt relapſum: dabitur ei gratia ſolum ſecundū diſpoſitionē qua diſponit ſe: vt dicit ille doct. loco allegato. Et hoc idem tenet Sco. xxii. diſt. Quarti. Et Richard. in Tertio diſt. xxxi. arti. primo. quæſt. ſecunda. Et frequēter cōtingit illam ſecūdam diſpoſitionem minorem eſſe q̄ erat illa per quā reſurrexerat ante relapſum: propter maiorem pronitatem ad malum: & maius impedimentum ad bonum ex relapſu acquiſitum: & maiorem offuſcationem naturalium. Et ſic frequenter ſecūdum illos docto. & ferme ſecundum omnes antiquos: reſurgit ad minorē gratiam. Et ex hoc ſequūtur homini multa incōmo-

Digitized by Google

da.Primum eſt:ꝙ difficilius ex illa gratia reſiſtet tẽ-
tationibus:ꝙ̃ reſtitiſſet ex illa a qua relapſus eſt. Se-
cundum:quia opera quę faciet ex illa gratia ad quã
reſurgit poſt recidiuum:non erunt ita meritoria: ſi
cut eſſent facta ex illa a qua relapſus eſt. Quia ope-
ra facta ex maiori charitate: cæteris aliis paribus
ſunt magis meritoria ꝙ̃ facta ex minori:quia ſi per-
ſona ſit magis grata deo: conſequenter & opera.
Tertium eſt: quia (ſecundum multos doct. præci-
cipue ſecundum Scot.diſtin.pręallegata) non reſur
git ad omne ius beatitudinis quod prius habebat.
¶ Pro quo aduertendum eſt:ꝙ ratione duorum ha
bet homo ius ad beatitudinẽ.Primo ratione gratię
a deo nobis gratis infuſæ: quale ius habent paruuli
baptizati.Secundo ratiõe operũ ex charitate facto-
rũ.Et tũc (ſecũdũ Sco.loco ꝑallegato) homo reſur-
gẽs a relapſu:reſurgit ad omne ius beatitudinis:qđ
erat ſibi cõpetẽs ratione operũ ꝙ̃ erant mortificata
quia omnia illa reuiuiſcunt in acceptatione dei: ſed
ſi reſurgat ad minorem gratiam: ꝓpter paruitatẽ
diſpoſitionis non reſurgit ad omne ius quod erat ſi
bi debitum ratione gratiæ.
¶ Quarta cauſa eſt:qa recidiuãs:quãtũ in ſe eſt:ite-
rat Chriſti paſſionẽ. Ad Hebrę.vi. Ruſus crucifi-
gẽtes in ſemetipſis filiũ dei.Sup quẽ paſſum inquit
Hugo de ſancto Victo. in ꝑſona Chriſti. O homo
ſerua animam tuam: ego pro illa mortuus ſum:

Digitized by Google

ſi illam amiſeris:ego pro illa iterū mori nō poſſum: ſed volo ne iniuriam facias mihi: quia ſi animā tuā morte mea reſtitutam:voluntarie peccando amiſeris:quantum in te eſt,iterum me crucifigis: iterum me mori compellis.

Quartum cap.de Remediis cōtra recidiuū.

CVM oſtenſum ſit:ꝙ recuperata gratia poſt peccatum ſit periculū in recidiuante: & magnum conſequitur detrimentum: ſi inclinetur quis ex tentatiōe ad recidiuandū:multa ſunt remedia: ad quę recurrendū eſt. ¶ Primū eſt fortis recogitatio periculi in quo erat tēpore peccati anteq̄ reſurgeret:quia ſi tunc fuiſſet mortuus:velut arbor mortua & ſine humore charitatis exiſtēs:perpetuo igni fuiſſet expoſit9.Et ad memoriā reducat nō minora eſſe pericula imo maiora ſi recidiuet. Difficile enim rediret homo ad viā in qua incidit i latrones: inter quos fuit in maximo vitę ſuę periculo: ſi idem periculū in illa eſſe recognoſceret.Reducat inſuper ad memoriā:verecūdiā quā habuit in cōfitendo: & recognoſcat ſimilē ſe habiturū:ſi contingat eū poſt recidiuū pœnitere.Reducat poſtremo ad memoriā afflictionē ſpūs & remorſum cōſcientiæ quem poſt peccatū habuit:qui ꝓfecto in his qui non ſunt oīno obſtinati:multo maior eſt q̄ delectatio quā in peccando percipiūt. ¶ Secundū remediū eſt fortis cōſideratio damni in qđ incidit recidiuādo.Si enim eo

tempore quo per tentationem inclinatur homo ad relabendū:fortiter recogitet ſe ex peccato ꝑditurū quicquid iuris habet in regno cęleſti:immo ſe effici filium irę & carceris : multū retrahetur a recidiuo:præcipue ſi ſit ei affectus æterna gaudia conſequēdi.Hinc dicit Ioannes Apocalyp.iii.Tene quod habes:vt nemo accipiat coronā tuā.Vnde & a multis doctoribus aſſignatur cauſa cōfirmatiōis in ſaluatis:quia continue aduertunt & firmiſſime ſciunt ꝙ ſi contingeret eos peccare perderent beatitudinem:quam nullatenus perdere volūt.Ita & ſi viatores(conformiter inſurgēte tentatione)firmiter & perſeueranter aduertant ſe ius quod habent titulo gratiæ & operū prius factorum in charitate ad regnū cæleſte:perdituros:non eſt facile exiſtimādum ꝙ relaberētur. ¶ Tertium remediū eſt humilis oratio tempore tentationis.Nam ſicut vaſſallus ab inimicis obſeſſus:a ſuo domino principali auxiliū petit:ita & nos ab inimicis noſtris obſeſſi ad deū recurramus dicentes cum regio ꝓpheta:Adiuua nos deus ſalutaris noſter . Et pcipue tūc orādus eſt dn̄s per virtutē ſuę ſacratiſſimę paſſionis:qua ſuperatꝰ eſt & multū debilitatꝰ hoſtis noſter.Petra (vt inqt propheta).i.Chriſtus:eſt refugium erinaciis.i.peccatoribus. Et cum oratione multum iuuat frequēs verbi dei auditio:aut ſacroꝝ librorum lectio.Nam ſicut conualeſcentes ab infirmitate corporali : fre-

quenti cibo corporis indigent:ita & ab infirmitate ſpirituali conualeſcentes frequẽti cibo ſpirituali in digent. De quo Matth.iiii. Nõ in ſolo pane viuit ho mo:ſed in omni verbo quod procedit de ore dei.
¶Quartum remedium eſt occaſiões peccati aufu gere. Nam (vt ait Auguſt.) ſatiſfactio pœnitentię: eſt cauſas peccatorum excidere: nec earum ſugge ſtionibus aditum prębere. Claudẽdę enim ſunt ſen ſuum noſtrorũ feneſtræ circa mali occaſiones: quẽ admodum circa conualeſcentes a morbo corpora li: feneſtrę claudi ſolẽt. Et ad iſtud propoſitum expo nitur illud Saluatoris. Si oculus tuus ſcãdalizet te: erue eum abs te. Et ſi manus tua ſcãdalizet te: erue eam abs te. Non ꝙ iſta membra ſint eruenda quan tum ad eorum ſubſtantiã: ſed quãtum ad operatio nem. ac ſi diceret. Non cõuerſeris familiariter cum illis perſonis: cum quibus conſueuiſti peccare. Nõ reſpicias mulierem: quã conſueuiſti cõcupiſcere. Si ancillam habeas cum qua peccaſti: eiice eam a do mo tua. Et breuiter omnis mala ſocietas vitãda eſt. Nam cum ſancto ſanctus eris: & cum ꝑuerſo per uerteris. Et qui tangit picem coinquinabitur ab ea.
¶Quintum remedium eſt & præcipuum: ocioſita tem fugere. Nã (vt dicit Hierony.) ſemper aliq̃d boni facito: vt diabolus te inueniat occupatum. Et (vt cõmuniter dicitur) diabolus accepit occaſio nem tentandi Chriſtum in deſerto: quia eum exiſti

mabat ocioſum. Mens enim hominis: illius eſt natu ræ: q̄ diu ocioſa eſſe non poteſt. vel enim bona cogitat: vel ad mala cogitanda ſe conuertit. Et hæc eſt ratio præcipua quare diebus feſtis his temporibus plura mala perpetrātur: quia homines a labore corporali abſtinentes, & vires interiores ad deum non conuertentes: ad peruerſa cogitanda & perpetranda ſe applicant. ¶ Sextū remedium eſt eleemoſynarum elargitio. Nam ſicut pro conſeruatione corporis (bello inſtante) neceſſarii ſunt ſtipēdiarii: ita & pro conſeruatione animæ. Vnde Eccleſiaſtici. xxix. Eleemoſyna gratiam hominis quaſi pupillam oculi conſeruabit. Impoſſibile eſt enim multorum preces non exaudiri. Et largus in eleemoſynis: oratores erga deum ſibi multiplicat. Vtilis eſt etiam cum oratione admodum corporalis abſtinentia: vt corpus in ſeruitutem ſpiritus redigatur: nā ſi fuerit impinguatum: recalcitrabit contra ſtimulum ſpiritus.

Quintum cap. Q̄ multum ſit vtile ſtatim poſt pecatum confiteri.

ETSI poſt peccatū teneat̄ homo ſtatim cōteri: occurrētibus peccatis: vt dictū eſt: nō tamē tenet̄ de neceſſitate ſtatim cōfiteri: etiam habita opportunitate temporis & copia ſacerdotis. Cuius rationē aſſignat Altiſſiodorenſis: quarta. Q. de cōfeſſiōe. Cōtritio eſt de iure naturali: q̄ etiā ſolet vocari cōfeſſio mētalis ſoli deo facta. Et

hanc confeſſioné mentalé poſtulabat deus ab Adã: cum quęrebat: Adã vbi es? Similiter & a Cain: cum quęrebat vbi eſſet frater eius. Confeſſio autem vocalis ſacerdoti facta: non eſt de iure naturali: ſed de ſuperadditis a Chriſto. ¶ Conſulẽdum eſt tamẽ & multũ vtile vt ſtatim fiat illa cõfeſſio: habita opportunitate. Cuius rationes multę ſunt. Prima: quia frequenter accidit ꝙ illa diſcuſſio peccatorum & deteſtatio nõ ſunt ſufficientes ad remiſſionem peccatorum. Non enim quantũcũq; parua deteſtatio ſufficit ſecũdum Sco. diſt. xiiii. Quarti. Sed illa diſpoſitio quę de ſe eſt inſufficiens: virtute abſolutionis ſacramẽtalis efficitur ſufficiens: & remittũtur peccata: & infunditur gratia. Et ſic pro maiori ſecuritate: nõ euidentię: ſed coniecturę probabilis ꝙ peccator recuperauerit gratiã: & ꝙ opera ſequẽtia ſint meritoria: multũ eſt vtile ꝙ ſtatim cõfiteatur. ¶ Secũda ratio eſt. qa tametſi illa diſcuſſio & diſplicẽtia fuerit ſufficientes ita ꝙ gratiã recuperauerit peccator: nihilominus in cõfeſſione non ſolũ virtute actus boni ipſi9 cõfitẽtis: ſed etiã virtute abſolutiõis ſacramẽtalis: prius acquiſita gratia ſiue charitas efficitur maior. Et ſic virtute illius gratiæ maioris quę plus mouet & incitat ad bonũ proſequendũ & malũ fugiendum: poterit facilius vitare recidiuũ. Et etiã opera q̃ poſtea faciet: erũt magis meritoria q̃ ſi nõ eẽt cõfeſſus: qa ex maiori charitate facta. ¶ Tertia ratio. qa

virtute illius abſolutionis ſacramentalis multum remittitur de pœna temporali: cuius poſt cōtritionē eſt adhuc debitor. Et ſic minus punietur in purgatorio: & citius euolabit ad cælū: q̄ ſi aliquo caſu contingeret eum mori in quo non haberet opportunitatem confitēdi vel propter defectū confeſſoris: vel propter mortis ſubitaneitatē. ¶ Quarta ratio eſt: quia peccator multo magis retrahitur a recidiuo poſt confeſſionē: q̄ retrahatur poſt contritionem & ante confeſſionē. facile enim ſuggerit diabolus ante confeſſionē ꝙ ſimilia opera perpetret: ſaltē facilius q̄ poſt confeſſionē: ſuggerendo eidem ꝙ nihilo minus oportebit eū confiteri: & ꝙ vnica confeſſione abſoluetur ab vtroq;. ¶ Quinta ratio eſt: qa magna apparētia eſt ꝙ homo: q̄uis per contritionē recuperauerit gratiā & peccatorū remiſſionē: non ſit capax indulgentiarū ab eccleſia cōceſſarum iis qui certa pia opera faciūt, ante confeſſionē. Et ratio eſt quia ei9 peccata q̄uis ſint remiſſa in foro dei: nō tamen ſunt remiſſa in foro eccleſiæ: nec eſt reſtitutus ſacramētis eccleſię a quibus erat ſeparatus per peccatū mortale: propterea nō videt́ capax indulgētiarum quę a prępelatis eccleſię concedūtur certa opera exercētibus. Propterea in conceſſione indulgentiarum cōſuetum eſt apponi cōtritis & cōfeſſis. Et cōſueuerūt etiā doct. dicere ꝙ pro ſolo actu interiori qualis eſt cōtritio: nō poſſunt indulgētiæ dari: quia

nõ poſſunt darí niſi pro peccato remiſſo quãtũ ad culpã:ergo non poſſunt darí ab eccleſia:niſi ꝑ peccato remiſſo quantum ad culpam in foro eccleſiæ: qualiter remittitur per ſolam confeſſionem.

Sextum cap. In quibus caſibus ſit de neceſſitate confitendum.

ET quia homo nõ tenetur ſtatim cũ ipſo peccato confiteri:vt dictũ eſt: vidẽdũ eſt in quibus caſibus ſub pœna noui peccati tenetur cõfiteri.Et cõiter ponũt᷑ qnq; a doct.xvii.diſt.Quarti.in quibus(q̃uis non ſit tempus determinatũ ab eccleſia)de neceſſitate confiteri tenetur.

¶Primus eſt ratione ſacramenti:quãdo ſcilicet aliquis vult celebrare:aut ſuſcipere digniſſimum Euchariſtiæ ſacramẽtũ.Et circa hunc caſum multũ debẽt aduertere ſacerdotes in ſtatu peccati mortalis celebrantes:non enim peccãt ſolũ qa indigne ſacratiſſimũ Chriſti corpus & ſanguinẽ ſuſcipiũt:ſed etiam qa cõficiũt:imo(vt dicit ſanctus Tho. in Quarto ſentẽ.diſt.v.Q.ſecũda, arti.ſecũdo) qñcũq; aliqđ ſacramẽtũ ex officio miniſtrãt in ſtatu peccati mortalis:ſicut baptizãdo ſolenniter: aut extremam vnctionẽ:aut aliud ſecramentũ miniſtrãdo: peccãt nouo peccato.Et ſic vocati ad baptizandũ: & ſine diſcuſſione cõſciẽtię baptizãtes:maximo ſe exponunt periculo.Et dicit᷑ ex officio:qa ſi faciant ex neceſſitate & non ex officio,ſecũdũ eundẽ doctorem: non

peccant.Inſuper aduertere debent qcunq; qui ſuſcipiunt ſacramenta quęcũq;:ꝙ niſi ſit prȩuia diſpoſitio & prȩparatio:mortaliter peccant:de habẽtibus vſum rationis loquor:quia ponũt obiicem ſpiritui ſancto : cuius vis ſanctificatiua eſt in ſacramentis: quia per quodcunq; ſacramentum in diſpoſito confertur gratia gratum faciens.

¶Secundus caſus eſt rõne periculi:vt quãdo eſt in notabili & imminẽti periculo mortis: vel vult illud periculũ intrare:vt illi qui ſunt in graui infirmitate cõſtituti.Et illi q periculis belloꝝ volũt ſe exponere.

¶Tertius caſus eſt ratione cõſciẽtię:quãdo ſcilicet cõſcientia ei dictat ꝙ pro tũc tenetur cõfiteri:quia quicunq; facit contra conſcientiam,peccat.

¶Quartus caſus eſt ratione dubii: quando ſcilicet probabiliter exiſtimat vel dubitat ſe illo anno non habiturum alia vice copiam confeſſoris idonei qui poſſit eum abſoluere.

¶Quintus caſus eſt ratiõe ſtatus:vt religioſi ratione votorum aut ſtatutorũ tenẽtur confiteri frequẽtius:q̃ ſtatuerit cõciliũ generale.Et vt dicit Altiſſiodo.valde cõueniẽs eſt:vt illi qui in ſacris ordinibus ſunt cõſtituti:pluries cõfiteant̃: ad minus ter in anno:puta in tribus feſtiuitatib9 ſolẽnibus q̃ celebrãtur in nouo teſtamento:& celebrabant̃ in veteri.

¶Vltra iſtos caſus ponit̃ ſextus:ſcilicet quãdo hõ ꝓbabiliter exiſtimat vel debet ꝓbabilr̃ exiſtimare:

ꝙ obliuiſcet̃ peccata a ſe cõmiſſa:aut numerũ mortalium a ſe cõmiſſorũ:ſi vſq; ad tẽpus ꝑ eccleſiã ordinatũ expectaret. Nam cum ſit de ꝓcepto & non ſolum humano ſingula ſua peccata confiteri diſtincte:tranſgreſſor eſt illius pręcepti qui ante cõfeſſionem exponit ſe periculo illa obliuiſcendi: ita ꝙ non poterit ſingula diſtincte confiteri. Quemadmodũ obligatus ad dicendum horas pro aliquo tempore futuro:non ſolum peccat contra illam obligationẽ: quia illo tempore pro quo obligatur,non dicit: ſed etiã ſi in tẽpore ꝓcedẽti ſe ſcienter impoſſibilitaret ad eas dicẽdũ.Ex iſto manifeſte ſequitur:eos q̃ ſunt aſſueti peccatis:frequenter tranſgredi præceptum de confitẽdo:qa frequẽter exponũt ſe periculo obliuiſcendi numerũ. Et ſic in paſchate confiteri debẽt de hoc,ꝙ nõ ſunt cõfeſſi ante obliuionem numeri.

¶Septimus caſus addi poſſet ratione conſuetudinis. Si enim in aliqua patria eſſet generalis cõſuetudo ꝙ omnes confiterentur pluries q̃ ſemel in anno: ad vitandũ ſcandalũ quilibet teneret̃ pluries cõfiteri:quia turpis eſt pars quę ſuo toti nõ congruit. Ex ꝓdictis ſumit̃ doctrina:ꝙ homo exiſtẽs in infirmitate graui:quanto plus tenetur plus diligere animam q̃ corpus:& vitam ſpiritualem q̃ corporalem:tanto magis debet ſibi procurare idoneum confeſſorem q̃ medicum corporalem. Vnde Auguſt.Omnia ſit paratus homo facere ꝓ recuperãda vita aiæ:quę ſa

ceret pro euitãda corporis morte:& hoc cũ deſide-rio:quia vitã recuperat infinitam. Cum gaudio enĩ facere debet immortalis futurus,quę faceret ꝑ dif-ferenda morte moriturus. In his autẽ qui cum ma-iori diligẽtia ad medicum corporis currunt: ſignũ euidens eſt ꝙ plus corpus q̃ animam diligant.

Septimũ cap.Cui confitendum ſit.

EX dei pręcepto ſacerdoti cõfitendũ eſt. Vnde leproſo Matth.viii.dictũ eſt a Chriſto:vade:oſtẽde te ſacerdotibus.Etiã ſolis ſacerdotibus data eſt auctoritas ſacramẽtaliter abſoluẽdi: qa ſolis apl'is & diſcipulis dictũ eſt Ioan.xx.c. Quorũ remiſeritis peccata &c.Nec in caſu extremę ne-ceſſitatis in quo non habet̃ copia ſacerdotis:de ne-ceſſitate confitendũ eſt laico:vt dicit Sco.xvii. diſt. Quarti:q̃uis bonũ eſſet ei ſub ſecreto ꝓpriũ pecca-tũ detegere:ſi talis eẽt q bene poſſet cõſulere: & de quo haberet̃ ęſtimatio ꝙ vellet ꝓdeſſe & nõ obeſſe. ¶Inſuꝑ requirit̃ ꝙ ille ſacerdos cui confitendũ eſt: nõ ſit excõmunicatus:neq; quouis modo ab vſu claiũ ſuſpẽſus: quia alias tentans abſoluere nõ abſol-uit:cũ ad iſtud ſacramẽtum requirat̃ iuriſdictio nõ ligata.Inimo(ſecũdũ Iacobũ de Viterbio in quoli-betis)in caſu extremę neceſſitatis:in quo nullus habetur ſacerdos p̃ter excõicatũ maiori excõicatione: nõ eſt licitum ei cõfiteri:quia in nullo caſu licitũ eſt cum tali excõicato participare in ſacramentis: cum

hoc ſit contra illud præceptum (Matth.xviii.) Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus. De Palude tamen tenet contrarium:ſed iſtud eſt apparentius.

¶ Inſuper requirit᷑ ꝙ talis ſacerdos ſit diſcretus: ſciens diſcernere inter leprā & leprā: inter mortale & veniale. Vnde Aug. Qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiā:quęrat ſacerdotem qui ſciat ligare & ſoluere:ne cū negligēs circa ſe extiterit:negligat᷑ ab eo qui eū miſericorditer monet & petit:ne ambo in foueam cadant:quam ſtultus euitare noluit.

¶ Inſuper requiritur ꝙ talis ſacerdos habeat ordinariam poteſtatem ſupra peccatorem:vt ſunt Papa Epiſcopus:& ꝓprius curat⁹: vel delegatam ab ordinario:niſi in caſu extremę neceſſitatis:in quo q̄libet quemlibet abſoluere poteſt. Et iſtud patet per cap. Omnis vtriuſq; ſexus. de pœ.& re.

¶ Ex iſtis ſequitur documentum:ꝙ longe tutius eſt confiteri preſbytero cognito:q̄ currere ad indulgētias & confiteri ignoto:de quo neſcit᷑ vtrū ſit pſbyter an non:an diſcretus necne:an excōicatus:ſuſpenſus:aut irregularis:an non: ſicut ſunt frequēter multileorū. Et (ſcd̄m Richard. in Quarto, diſt.xvii.arti. ſecundo.Q.viii.) ſi poſt confeſſionem factam conſtet pœnitenti ꝙ ille cui confeſſus eſt nō erat ſacerdos:aut licet eſſet ſacerdos:erat tamen ſuſpēſus:excommunicatus:aut irregularis: aut q̄uis non eſſet ſuſpenſus : excommunicatus : vel irregularis : erat

tamen indiſcretus:tenetur eadem peccata in nume
ro ſacerdoti non ſuſpenſo:& diſcreto confiteri.Et q̄
uis illa confeſſio nō ſacerdoti facta:ſi habuerit igno
rantiam inuincibilem:fuerit meritoria: non tamen
ita vtilis ſicut fuiſſet ſi facta fuiſſet ſacerdoti : quia
non ſacerdos non poteſt conferre illud beneficium:
quod poteſt ſacerdos virtute clauium.

¶ Aliud documentum ſecundū eundem eodē loco.
Si ſacerdos proprius alicuius fuerit ignorās,non te
netur ſubditus ei confiteri:ſed tenetur ab eo petere
licentiā vt alteri confiteatur:quam ſi malitioſe recu
ſet:nec aliquem loco ſui inſtituat idoneum:alteri cō
fiteri poteſt:ſicut exiſtens in extrema neceſſitate.

¶ Aliud documentū ſecundū eūdē.Mulier q̄ cū pro
prio ſacerdote peccauit:ſi timeat ꝙ ſacerdos in con
feſſione eā ſollicitet:aut ſentiat ſe ita debilē:ꝙ proba
biliter timet ne aliquādo ab illo ſacerdote ſtimulet̄
ſtimulo cōcupiſcētiæ propter recordationē nefariȩ
voluptatis:nō tenetur ei cōfiteri.quia ſi poteſt recu
ſari propter ignorantiam:a fortiori recuſari poteſt
propter malitiā.Periculoſius eſt enim pro illa mulie
re ꝙ eā ſtimulet ad peccatū:q̄ ꝙ neſciat ei cōſulere.

Octauū cap.Quæ ſunt de neceſſitate cōfitenda.

DE neceſſitate confitenda ſunt eidem ſacerdo
ti ſingula peccata mortalia de quibus recor
dat̄ peccator:aut recordari poſſet ſi ſufficiē
ter diſcuteret ſuā cōſcientiā.Nā Deus nūq̄ remittit

Digitized by Google

vnum mortale ſine alio.quē enim ſanat:perfecte ſa-nat.Et ratio eſt:quia non remittitur peccatum mortale ſine infuſione gratiæ:multitudinem enim peccatorum operit charitas.Et nunq̄ infunditur gratia ei qui adhuc in aliquo peccato mortali remanet:aut in voluntate peccandi:quia quodlibet peccatū mortale eſt obex ſufficiens infuſioni gratiæ:cum quodlibet tale diuidat inter nos & Deum.

¶ Sunt etiam confitendæ peccatorū circunſtantiæ aggrauantes notabiliter:præſertim cōfitendæ ſunt illæ de neceſſitate præcepti quæ variant ſpeciē peccati. Vt ſiquis furatus fuerit rem ſacram:nō ſufficit confiteri ꝙ accepit rem alienam . Et ſi cognouerit coniugatam,non ſufficit dicere ꝙ cognouit nō ſuā. Et ſi ſacerdos cognouerit aliquam:debet exprimere in cōfeſſione ꝙ eſt ſacerdos:nec ſufficit ꝙ ille cui confitetur:aliunde ſciat ꝙ ſit ſacerdos:ſicut non ſufficeret ꝙ ille cui confitetur aliquis:aliunde ſciret ſua peccata:ſed requiritur ꝙ ſciat ex confeſſione : quia illa circunſtātia ratione voti annexi ſacerdotio:mutat illud peccatum in aliam ſpeciē.Et ita de aliis circunſtantiis exemplificari poteſt. ¶ Aduertendū tamē eſt ſecundum Altiſſiodo. in.Q.de circūſtantiis: ꝙ vbi eſſet probabilis coniectura ꝙ confeſſio circūſtantiæ aggrauantis & mutantis ſpeciem:ſcandalizaret ſacerdotem : & non haberetur copia alterius ſacerdotis:illa circunſtantia eſſet omittenda . Vt ſi

aliquis cognouerit ſuam ꝓpriam germanã:& nul-
lam habeat niſi filiã aut ſororẽ illius ſacerdotis cu-
ius habet copiã:& probabiliter exiſtimat ꝙ ſi hoc
ſciret ſacerdos ille:moueret̃ in odiũ eius:ſufficit cõ
fiteri ei pctm̃ luxuriæ in genere:quia qđ ꝓ charita
te inſtitutũ eſt:nõ debet cõtra charitatẽ militare.
Ex charitate enim & de iure naturæ tenemur vita-
re ſcandalum in fratre.Et talis: confitendo ſummo
ſacerdoti:puta deo illam circunſtantiam: ſatiſfacit:
aeſi non haberet ſacerdotis copiam.
¶De peccatis autem quorum nõ recordatur tem-
pore confeſſionis & poſtea recordatur:Vtrum te-
neatur eidem ſacerdoti cui confeſſus eſt:ea confite
ri:diſtinguẽdũ eſt ſecũdũ Richard.in Quarto,diſt.
xvii.arti.ſecũdo.Q.vi.Aut fecit ſufficientem diligẽ
tiam vt recordaretur:aut nõ.Si fecerit:tenet̃ illud
peccatũ confiteri ex neceſſitate:ſed non tenet̃ cõfi
teri eidẽ ſacerdoti:quis hoc congruum eſſet:ſi eius
haberet̃ copia:nec tenet̃ prius cõfeſſa reiterare. Si
autem non fecerit ſufficientẽ,tenetur illud peccatũ
confiteri illi ſacerdoti cui confeſſus eſt alia:cũ pec-
cato negligentię de diſponendo ſe:& cũ peccato ir
reuerentię:quã fecit ſacramẽto.Et ſi ille ſacerdos re
cordetur prius cõfeſſorũ:nõ tenet̃ reiterare.Si aũt
nõ habuerit copiã eiuſdẽ:aut ille fuerit oblitus ꝑce
dentium:tenetur ſingula reiterare.Et taliter accedẽ
tes ad confeſſionem cum aliquibus peccatis:rede-

unt cum pluribus.

Nonum cap. de peccatis cõmiſſis contra Primum præceptum.

AD confitendũ autem ſingula peccata mortalia (quia nullum eſt peccatũ mortale: niſi ſit cõtra præceptum dei. Iuxta definitionẽ Augu. Peccatũ eſt dictum aut factum vel concupitum contra legem dei. Et conformiter dicit Sco. in Secũdo: ꝙ ſufficiens diuiſio peccatorum non ſumitur ſecundũ illam diuiſionẽ in ſeptem capitalia: ſed ſecundũ numerũ pręceptorũ) modus cõueniẽtiſſimus peccatori ad bene confitendũ videtur eſſe: vt diſcutiat & diligẽter inquirat in quibus cõtra vnũ quodq; pręceptũ mortaliter offenderit. Et quia (ſecundum doctrinã ſanctorum doctorum) inchoandũ eſt a grauioribus peccatis: & peccata cõtra pręcepta primę tabulæ ſunt grauiora q̃ peccata cõtra pręcepta ſecundę tabulę: ideo primo videndum eſt quomodo cõtingat mortaliter offẽdere cõtra primum pręceptum primæ tabulæ.

¶ Primũ pręceptũ eſt qđ ſcribit̃ Exod. xx. Ego ſum dñs deus tuus q eduxi te de terra ægypti: de domo ſeruitutis. Nõ habebis deos alienos coram me. Nõ facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinẽ q̃ eſt in cęlo deſup: & quę in terra deorſum: nec eoꝝ quę ſunt in aquis ſub terra. Nõ adorabis ea neq; coles. Iſto ꝑcepto aliquid pręcipit̃ affirmatiue: & aliquid

prohibetur negatiue. Affirmatiue præcipitur vt ꝓ vero deo habeamus illum qui realiter deus eſt. Negatiue ꝓhibet fidelitatē ei debitā alteri tribui. Primū præcipitur in illa parte.Ego ſum dn̄s deus tuus. Secūdū vero p̄cipit in illa parte. Nō habebis deos alienos coram me &c. Et habetur pro vero deo ab intellectu per credulitatē: quia ei ſumme creditur. A concupiſcibili per maximum amorem: quando ſumme amatur.Ab iraſcibili p ſpem & timorē:quādo ſcilicet in eo ſumme ſperatur: & maxime timet. ¶Et ſic contra iſtud p̄ceptum primo peccant qui nullum exiſtimant eſſe deum. De quibus Pſalmiſta pſalm.lii.Dixit inſipiens in corde ſuo:non eſt deus. Peccant inſup qui filium & ſpiritū ſanctū exiſtimāt creaturas:quia filiū & Spiritū ſanctū qui veraciter deus ſunt:non habent ꝓ vero deo quantum ad eſtimationē rectam.Et generaliter contra iſtud præceptum offendūt ſinguli hęretici:quia virtualiter exiſtimāt deū nō eſſe supremā veritatē:q̄ fallere poteſt cū ab eo reuelatis fidem nō adhibent. Etiā peccant oēs infideles: vt Iudęi futurū Meſſiā adhuc expectātes:& Agareni Mahumetum ꝓ vero Meſſia habentes:qa Chriſtū:qui veraciter deus eſt: nō habent ꝓ vero deo.Et grauiꝰ hęretici chriſtiani peccāt. Et Iudęi grauiꝰ q̄ Agareni:cæteris aliis paribꝰ.Offēdūt etiā cōtra hoc p̄ceptū ſinguli in fide dubii:qa(teſte Aug.)dubiꝰ in fide:īfidelis eſt.Et ſinguli q nō expli

cite credunt articulos de quibus eccleſia ſpecialem facit ſolénitatem:quia nullam ignorantiã prȩtendere poſſunt:& prȩſertim ſi non credãt actualiter eo tẽpore quo eccleſia feſtiuitatẽ celebrat.Peccant etiã qui ore nõ confitẽtur qđ corde credunt pro loco & tempore:quia(vt dicit ſanctus Tho.Secũda Secũdȩ.Q.tertia.arti.ſecũdo)oris cõfeſſio eſt de ꝑcepto pro loco & tẽpore:quando ſcilicet ex taciturnitate ſubtrahitur honor deo debitus : vel vtilitas proximo impendenda.

¶Secũdo principaliter contra iſtud præceptũ peccant qui odiunt deum:puta qui vellent eũ non eſſe: vt non puniret eorum peccata:vel qui vellent eũ nõ eſſe punitorẽ peccatorũ:quia virtualiter volunt eũ non eſſe ſumme iuſtum:& per conſequẽs ipſum nõ eſſe deum.Aut qui vellent eum non cognoſcere eorum peccata:quia volunt eũ non eſſe maxime ſcientem. Similiter & illi qui q̃uis deum nõ odiant:eum tamen non ſumme diligunt:nec ei ſumme afficiuntur pro loco & tempore: quia q̃uis eum pro deo habeant quãtum ad intellectũ per rectam æſtimationem:non tamen quãtum ad affectum per maximũ amorem.Propterea dicit de Ales circa iſtud prȩceptum:ꝙ qui rebus ſuis tẽporalibus plus afficitur q̃ deo per amorem(q̃uis proximo nullã faciat iniuriã in rebus ſuis)peccat contra iſtud prȩceptũ. Cũ dicat Apl̃us ꝙ auaritia eſt idolorũ ſeruitus. Etiã dicit

Altiſſiodo.ꝙ q humanæ glorię ſupra deũ afficitur vt ſuperbus:contra iſtud p̃ceptũ peccat.Et generaliter oĩs creaturę fruitio eſt contra iſtud p̃ceptũ. Et ſic Lucifer in amãdo ſe ſupra deum:& Adã in amãdo vxorem ſuam plus q̃ deum:contra iſtud præceptum peccauerunt.

¶Tertio principaliter contra iſtud præceptum offendũt q deſperãt,qa deũ nõ habẽt ꝓ maxime miſericorde:aut maxime potẽte.Similiter & qui præſumunt:abſq; meritis beatitudinẽ expectãtes: quia deum non habẽt ꝓ maxime iuſto. Et qui timore alicuius hominis:ne ſcilicet ei diſpliceãt,præcepta dei tranſgrediuntur:quia deum qui maxime timendus eſt:non maxime timent.

¶Quarto principaliter iſtud p̃ceptũ tranſgrediuntur:q honorẽ latrię q ſoli deo debet:creaturę exhibẽt.Et vniuerſaliter q exercẽt ea q̃ idololatrię deſeruiunt:ſicut ſunt filii aut filiæ per ignem luſtratio: Ariolorum ſciſcitatio:Somniorum & auguriorum obſeruatio:Maleficiorum & incantationum operatio:Phytonum:dęmoniorum:& mortuorum interrogatio.De quibus habetur Deutero.xviii.Similiter & illi qui ad recuperandam ſanitatem vtuntur pomis inſcriptis:aut ſchedulis in collo ſuſpenſis: in quibus quędam verba vana ſunt ſcripta:aut characteribus:aut aliis quibuſcũq; vanis credulitatibus: quaſi ipſe deus non eſſet bonus:& potens eorũ ne

Digitized by Google

ceſſitatibus ſubuenire quantum expediens eſſe cognoſcit. Peccãt etiam per omiſſionem qui deo pro loco & tempore honorem latriæ non exhibent per genuflexionem:proſtrationem:capitis denudationem:& alia ſigna humilitatis facta in recognitionẽ ſummi dominii.Etiam qui irreuerentiam faciunt ſacramento Euchariſtiæ:aut ſufficientem non faciũt ei reuerentiam:puta qui indigne conſecrant : indigne tractant:indigne ſumunt. Aut qui cum oſtenditur aut deportatur:non digne reuerentur per genuflexionẽ:aut alia ſigna.Et reductiue contra iſtud præceptum eſt omnis irreuerẽtia ſanctis exhibita. Similiter & verbo dei: vtputa cum prędicatur:aut legitur.

Decimum Cap.de Secundo Prȩcepto.

SECVNDVM præceptum eſt. Non aſſumes nomen dei tui in vanum . Q̃uis iſtud præceptum videatur pure negatiuum : includit tamẽ vnum affirmatiuum:vt ſcilicet exigente neceſſitate aut magna vtilitatę : nomen dei aſſumatur ad teſtificandum veritatem. Et iſtud præcipitur Deuterono.vi.Dominum deum tuum timebis:& illi ſoli ſerui es:ac per nomen illius iurabis. Et Matthęi quinto.Reddas domino iuramẽta tua . Et Hieremię.iiii.Et iurabis: viuit dominus in veritate: & in iudicio:& in iuſtitia.Et talis actus iurandi factus pro neceſſitate aut magna vtilitate : ad virtu-

tem latriæ ſpectat.

¶Iſtud pręceptum tranſgrediunt̃ quicũq; iuramẽto aſſerunt id qđ falſum eſſe exiſtimãt vel dubitant ſiue illud ſit verũ ſiue nõ.Et grauius illi q̄ aſſerũt id qđ falſum eſſe firmiter credũt: quia primus comes requiſitus ad iuramentũ licitũ: eſt veritas in mente iurãtis.i.firma credulitas.Silr̃ & illi q̄ falſum eſſe iurant qđ firmiter credunt eſſe verũ:qñ non fecerunt ſufficientem diligentiam ad cognoſcendũ veritatẽ: puta qui ex cauſa nimis leui credunt.

¶Secundo principaliter peccant omnes illi qui medio iuramento veritatẽ aſtruũt quando non eſt cauſa ſufficiens deum in teſtimonium inuocandi: puta cum ita bene eis crederetur ſicut ſi nõ iurarent: vel q̃uis non crederetur eis:nulla eſt neceſſitas q̄ crederetur eis:nec magna vtilitas:quia vnus comes requiſitus ad iuramentũ eſt iudicium.i.diſcretio:quæ cauſam rationabilem requirit.

¶Et multas cauſas rationabiles pro quibus ſit iurandum aſſignat Alex.de Ales in tertia parte Summæ circa materiam iſtius præcepti : vtputa quãdo iuratur cauſa veritatis neceſſarię.Et iſta cauſa iurauit Paulus dicens. Teſtis eſt mihi deus. Vel cauſa alicuius pacti manifeſtandi : cuius cognitio eſt neceſſaria:aut vtilis ad iuſtitiam:vt iurant teſtes in iudicio.Aut cauſa pacis reformandę:vt iurauit Iacob cum Laban,Geneſis capi.xxxi. Vel cauſa amicitiæ

reformandę:vt iurarunt Ierar itę.Gene.xxvi.Aut ratione obedientię:ſicut principes Regi. Vel quando fit iuramentũ ſubiectionis:ſicut abbates epiſcopo: & epiſcopus archiepiſcopo. Vel obſeruationis:ſicut Canonici cum datur eis canonia.Aut quando fit iuramẽtum ratione mali vitandi:ſicut quãdo fit iuramentum de calumnia in principio cauſarũ:aut mali expurgandi.De quo Deuterono.xxi.

¶Tertio principaliter contra iſtud pręceptũ offendunt qui iuramento firmant aliquam promiſſionẽ de re illicita: vtputa qui iurant ſe adulteraturos:aut homicidiũ perpetraturos: aut veritatem non dicturos in iudicio cum fuerint legitime interrogati: qa vnus comes ad iurãdum requiſitus eſt iuſtitia:pręcipue in iuramẽto promiſſorio.i.ꝙ res de qua fit iuramentum ſit licita & iuſta. Similiter peccant & illi qui iuramento affirmant ſe opera conſiliorum non adimpleturos : vtputa ſe nõ ingreſſuros religionẽ: quia ꝙuis ſit licitum illud de quo iuratur:non tamẽ eſt licitum ſe ad illud obligare: quia eſt maioris boni impeditiuũ.Et(vt dicunt doct.)taliter iurare eſt ponere obicem ſpiritui ſancto. Et vtrunqꝫ iſtorum duorum iuramentorum vltimorũ vocatur a docto. iuramentum incautum.

¶Quarto principaliter hoc pręceptũ trãſgrediuntur qui iuramẽto medio promittũt ſe facturos rem iuſtam, nec aliquo modo impeditiuam maioris bo-

ni:& tamen non intendunt facere.Et iſtud iuramen
tum vocatur doloſum.Similiter & illi qui q̃uis intẽ
dant facere tẽpore iuramenti:ſuperueniente tamen
tempore pro quo tenentur ex iuramento facere,nõ
adimplent:& tunc primo incurrunt periurii reatũ.
Et reductiue omnis trãſgreſſio voti eſt cõtra iſtud
pręceptum.vnde Exod.xxiii.Quod ſemel egreſſum
eſt de labiis tuis obſeruabis:& facies ſicut promiſi-
ſti domino deo tuo.Etiam omnis blaſphemia: & ſi-
militer omnis ſeminatio falſæ doctrinæ reductiue
ſunt contra iſtud pręceptum:vt dicit ſanctus Tho.
prima ſecũdę Quęſt.c.Arti.xi.De blaſphemia habe
tur Leuiti.xxiiii.De falſa doctrina, Deuterono. xiii.
Etiam grauiter offendunt contra iſtud pręceptum:
qui animas ſuas dęmoni deuouent.

¶ Quinto,ſecundũ Alexã.de Ales, contra iſtud prę
ceptum offendunt qui mala intentione prædicant.
Nomen enim dei.i.verbum dei in vanum.i.pro cau
ſa vana & inutili accipiunt. Similiter & qui indeuo
te ſeu propter malam intentionẽ orant. ¶ Et aduer
tendum eſt circa iſtud pręceptum : ꝙ quicũq; aſſe-
rit falſum ſcienter: q̃uis nulli inferat nocumentum:
ſi ſuam aſſertionem iuramento firmet: & delibera-
tio cadat ſupra iuramentum:peccat mortaliter:vbi
ſecluſo iuramento eſſet ſolum veniale peccatũ:quia
eſſet mendacium officioſum:aut iocoſum.

¶ Aduertendum eſt ſecundo:ꝙ (ſecundum ſanctũ

Tho.)Periuriũ deliberatũ in quo ſcienter aſſeritur falſum:eſt grauius peccatũ q̃ ſit homicidiũ:quia eſt irreuerentia deo facta:cui magis obligamur: q̃ cuicũq; homini.Et eſt apparentia magna in dicto Sancti Tho.quia qui deliberate aſſerit falſum medio iuramento:virtualiter vult deum poſſe mentiri.Et ſic virtualiter vult ipſum non eſſe deum.

¶ Aduertendũ eſt tertio ꝙ prohibetur conſuetudo iurandi:quia difficile eſt quin aſſuetus frequẽter iuret ſine cauſa:& ſic q̃n peccet. Et ꝓpterea dicit Alexan.ꝙ iſto p̃cepto, Ego dico vobis non iurare oĩo: (Matth.v.)prohibetᷣ affectus & nõ actus: q̃a nõ licet velle iurare homini niſi a cauſa rationabili cõpellatur.Et ad iſtud p̃ceptum aduertere debent q̃plurimum mercatores:qui(vt in pluribus) iuramentis vtuntur vt res ſuas carius vendant.

Vndecimum cap.de Tertio Præcepto.

TERTIVM Præceptum eſt.Memento vt diem ſabbati ſanctifices:ſex diebus operaberis & facies omnia opera tua: ſeptimo autẽ die ſabbatum domini dei tui eſt. Iſtud præceptũ aliquid continet morale:puta ꝙ deo exhibeatur famulatus:& illud remanet ſub præcepto tempore legis euãgelicæ.Aliquid cõtinet cerimoniale:puta determinationẽ ſeptimę diei:ſcilicet ſabbati: ſed iſtud abrogatum eſt,& commutatum in octauam diem: ſcilicet dominicam.

¶Contra iſtud pręceptum primo peccant qui diebus dominicis nõ ſe purgant a vitiis per hebdomadam per eos cõmiſſis:ad minus per contritionẽ & diſplicentiã.Sabbatũ enim ſanctificare: eſt ſeipſum in ſabbato ſanctũ reddere:& opera ſanctitatis exercere.Et(vt dicit Sco.in tertio) qui tali die ad dñm nõ cõuertitur per amorem eius ſuper omnia,offendit.Eſt enim tẽpus pro quo obligantur homines ad iſtud pręceptũ affirmatiuum. Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo. Peccant inſuper homines qui illo die non cõuertuntur ad deũ per deuotã orationem:& per beneficiorum conſideratiõẽ & recognitionem cum gratiarũ actione:præcipue eorum quę illa die completa ſunt.Propter iſtam cauſam in initio iſtius præcepti & nõ alterius ponitur Memẽto:vt ad memoriam reducam9 beneficia nobis collata & etiam promiſſa:puta futuram beatitudinem quę per ſabbatum ſignificatur.

¶Secundo(vt dicit Richard.in tertio diſt.xxvii.) hoc pręceptũ tranſgrediuntur:qui illis diebus miſſis non interſunt:niſi propter neceſſitatem fuerint excuſati.Vnde de Cõſecra.diſtinct.prima.c.Miſſas. ſic. Miſſas die dñico ſecularib9 totas audire ſpeciali ordine pręcipimus:ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus nõ audeat:quod ſi fecerint ab Epiſcopo publice cõfundãtur.i.excõmunicẽtur. Excõicatio autẽ nõ eſt ferenda niſi ꝓ letali crimine.

Et multum conueniens eſt(immo ſecundum Angelum in ſumma,eſt præceptũ)audire miſſam ad diẽ pertinentem.Et hoc multum animaduertere debẽt qui miſſas illis diebus ad placitum ſibi celebrare faciunt.¶ Peccant etiã illi qui miſſis interſunt abſq; reuerẽtia & deuotione appodiati ſuper altaria.Et illi qui tempore miſſę confabulantur aut tumultum faciunt:cæteros a deuotione impediendo.

¶ Tertio principaliter hoc præceptum tranſgrediuntur qui diebus feſtis aliquod peccatum mortale committunt.Peccatum enim eſt opus maxime ſeruile.nam qui facit peccatũ,ſeruus eſt peccati.Et ſecũdum Alex.qui die dominico fornicatur:licet vnicum actum perpetret:incurrit tamẽ duplicem reatum:ſicut ille qui deflorãdo virginem:eam occideret.Et non ſolum cõfitendum eſt ꝙ fornicationem commiſerit:ſed etiam ꝙ tali die.

¶ Quarto peccant qui talibus diebus opera exercent quæ animum impediunt ne deo vacet : ſicut ſunt Choreæ apud Richard.in tertio:præcipue de Choreis in quibus mulieres ſeſe oſtentant in virorum aſpectibus:quia directe occaſionem prouocationi concupiſcentię tradunt.Vnde Augu.in libro de decẽ Chordis:loquẽs de obſeruatione diei ſabbati:dicit ꝙ mulieres Iudęorum melius die ſabbati lanã facerent:q̃ tota die in neomeniis impudice ſaltarẽt.Idem dicit Richard.de exercẽtibus haſtiludia,

¶Quinto contra iſtud pręceptũ peccant opera ſeruilia materialiter & formaliter(ſecluſa neceſſitate) exercentes.Et opus dicitur materialiter & formaliter ſeruile:cuius finis proximꝰ & naturalis eſt tẽporale bonũ corporis: et ordinatur ab agẽte ad illum finem:ſicut ſunt arare terrã: metere blada.Et ſic de ſimilibus.Et dicitur ſecluſa neceſſitate. Nam ſabbatum propter hominẽ eſt:& non homo propter ſabbatum eſt.Et ſic qui mercaturas exercẽt:& qui quadrigas ducunt his diebus ſine neceſſitate & prælati diſpẽſatione ſi haberi poſſit:mortaliter offendũt. Et iſtud aiaduertere debẽt etiã illi q his diebꝰ ludis etiã nõ prohibitis inſiſtũt pricipaliter ꝓpter lucrũ. ¶Cõtra iſtud præceptum reductiue eſt peccatum gulæ: quia maxime impedit animum ne vacet deo: & tamen his diebus ſolent homines magis gulæ & ebrietati q̄ aliis diebus indulgere.¶Contra iſtud p̄ceptum reductiue eſt peccatũ acidię ſcd̃m ſanctum Tho.ſcd̃a ſcd̃ę Q.xxxvi.arti.iii.in ſolutiõe ad primũ argumentũ. Et hoc principaliter capiendo acidiam pro triſtitia mẽtis de bono diuino:quia iſto p̄cepto pręcipit̃ quies mẽtis in deo:cui talis triſtitia repugnat.¶Cõtra ſecundã partẽ huius pręcepti(vt dicit Alex.)puta contra hanc partẽ: Sex diebus operaberis:peccant qui tẽpore ſtatuto & congruo ad laborẽ ſunt ocioſi oĩno nihil facientes: aut ludis vacãtes:quia ſicut certo tẽpore tenemur ab opere ex-

Digitized by Google

teriori abſtinere vt deo vacemus:ita certo tempore
tenemur laborare vt corpori de neceſſariis proui-
deamus.Et hoc vnuſquiſq; ſecũdũ vocationẽ ſuam.
Nam qui non laborat non manducet. ¶ Item dicit
idem:ꝙ in illa ſecunda parte ſecundũ ſenſum mora
lem pręcipitur exercitatio in ſex operibꝰ miſericor
diæ:ita ꝙ ſit ſenſus. Sex diebus operaberis.i.in ſex
operibus miſericordiæ te exercebis. Et illa opera ꝑ-
cipue diebus feſtis ſunt exercenda.

Duodecimum cap.de Quarto Pręcepto.

QVARTVM Præceptũ eſt. Honora patrẽ
& matrẽ:vt ſis longęuus ſuꝑ terram.Et per
patrem intelligitur ille a quo quis habet eſ-
ſe ſubſtantiale:vel eſſe gratuitum accidentale:vt eſt
pręlatus:a quo tanq̃ a miniſtro accipit ſubditꝰ gra
tiam.Vnde Paulus primæ ad Corinth.xiii.Per euã-
gelium ego vos genui. Intelligitur etiam ille a quo
quis habet eſſe pacificum:vt princeps laicus ſubie-
ctos ab aduerſariis conſeruans. Primæ Petri ſecun-
do.Regem honorificate. Et quilibet iſtorum eſt ho
norandus ſecundum Alexan.Affectu:Effectu:& Si
gno.Primo affectu: timendo offenſam paternam.
Secundo effectu:& multis modis. Primo eius man
datis obediendo. Ad Ephe. ſexto. Filii obedite pa-
rentibus veſtris. Et Prouerbio.xxiii. Audi patrem
qui genuit te: & ne contemnas cum ſenuerit ma-
ter tua.Secundo eis neceſſaria miniſtrando. Vnde

Digitized by Google

gloſ.ſuper illud Eccleſiaſtici tertio.Honora patrem tuum,inquit,reuerentiam exhibendo,& neceſſaria miniſtrando. Tertio ipſum conſolando verbis ſi aliquid triſte patiatur. Vnde gloſ.ſuper illud Eccleſiaſtici tertio.Suſcipe ſenectam patris,inquit.Filii carnales & diſcipuli honore & ſolatio debēt fouere parentes.Quarto in ſeruitio operum.

¶ Tertio principaliter eſt honorandus ſigno:ei aſſurgendo & ipſum ſalutando.

¶ Contra iſtud preceptum grauiter offendūt qui laute viuūt & ſplēdide veſtiuntur: permittentes patrem & matrem in magna pœnuria victus & veſtitus:quales conſtat plurimos eſſe: cum dicant doct. ꝙ maiori obligatiōe obligatur homo prouidere parentibus q̄ filiis propriis.Et adhuc grauius peccant qui non ſolum neceſſaria ad victum & veſtitum parentibus non miniſtrant:ſed ab eis ſua bona clam vel palam auferunt,aut detinent.De quibus ſapiēs prouerb.xxviii. Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo aut matre:& dicit hoc nō eſſe peccatum:particeps homicidę eſt.¶ Peccāt etiā non ſolū illi q parētib9 neceſſaria ſimpliciter nō miniſtrant: ſed etiā q non miniſtrant neceſſaria ad decentiam ſtatus eorum.

¶ Secundo principaliter hoc pręceptū trāſgrediūtur qui patrem aut matrem verbis iniurioſis afficiunt : aut qui de ipſis mala palam aut occulte referūt.De quibus prouerb.xx.Qui maledicit patri ſuo

aut matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Vnde & Cham quia verenda patris ſui eē nudata nunciauit duobus fratribus ſuis: maledictus eſt. Gene. ix. Et idē intelligo de illis qui male dicunt de eorũ prelatis: qui ſunt patres ſpirituales. ❡ Peccant inſuper & illi qui parentibus mortem optant: vt citius eorum potiantur bonis. ❡ Similiter & q eos percutiunt: occidunt: aut mutilant. Et illa circũſtantia ſpecialiter eſt confitenda. Similiter & illi qui parentibus increpantibus cõtumaciter reſpondēt: vltimum verbum habere volentes.

❡ Tertio hoc preceptum tranſgrediuntur qui ſuis factis peruerſis dant patri aut matri occaſionē triſtitiæ: & frequenter tam magnę ꝙ propterea parētes incidunt in infirmitatem ad mortem. Quia (vt dicitur Prouerb. xix.) Dolor patris fili9 ſtult9: & filius ſapiens lætificat patrem. Et grauiſſime peccāt qui in præſentia patris aut matris illos actus puerſos perpetrant. Similiter qui in paterna domo ſuas abominationes facere nõ verentur.

❡ Peccant quarto contra hoc præceptum qui parētes in iſirmitate graui vel aliqua aduerſitate exiſtētes non viſitant: eos pro viribus conſolando: vel eis ſeruiendo: aut remedia contra infirmitatem aut aduerſitatem pro viribus procurando. ❡ Peccant inſuper illi qui parētibus ſuperueniētibus non aſſurgunt: eis honorem deferendo.

❡Peccant quinto principaliter cōtra hoc pręceptū qui parentibus carnalibus nō obediunt in rebus ꝑtinentibus ad neceſſitatem aut vtilitatē rei familiaris: vt hi qui patre ꝑcipiente vt colligant fruges, cōtemnūt. Et ita de omnibus aliis rebus ad familiam pertinētibus. In aliis autem rebus quæ non ſunt de neceſſitate aut vtilitate familiæ: non tenent̄ ſub pœna peccati mortalis obedire.

❡Sexto principaliter hoc pręceptū tranſgrediunt̄ qui eccleſiaſticis ꝑlatis non obediūt in rebus ꝑtinētibus ad eorū iuriſdictionē: vt q pœnitentiā quam diſcrete iniungit confeſſor: nolūt ſuſcipere: ſecundū ſanctū Tho. xviii. diſt. Quarti. Q. prima, Arti. tertio. Sco. tamē dicit oppoſitū: q nō tenentur ſuſcipere: ſed primū eſt ꝓbabilius. Sil̄r & illi qui iā ſuſceptam pœnitentiā nō adimplēt. Sil̄r illi qui cū excōmunicatis ab eccleſia participant. Et ſi participent cū eis in diuinis ſcienter: ſemper mortaliter peccant: vt dicit Sanctus Tho. in Quarto. diſt. xviii. Q. ſecunda. Arti. quarto. Si autem ſit participatio in ciuilibus ſolum: nō eſt peccatum mortale: niſi ex contemptu fiat. Et dicitur ex contēptu fieri: quando participāt cum excommunicatis paſſim ac ſi non eſſent excōmunicati: aut quando participant quia ſunt excommunicati. Et idem dicendum eſt de ipſis excommunicatis participantibus cum aliis: quia eodem modo peccant ſicut participantes cum ipſis. Similiter

peccant illi qui ieiunia eccleſię ſine legitima excuſa-
tione infringūt.Et qui feſtiuitates a ſuis prȩlatis in-
dictas non obſeruant.Peccant & illi qui eccleſię prę
latis ſua iura non miniſtrant:vt decimas:& ſimilia.
Et qui eis debitam reuerentiam non exhibent:q̄uis
malę vitę fuerint:cum in eis honoretur Chriſtus:cu
ius vices gerunt.Etiam illi qui eccleſiæ libertates in
fringunt : quæ eſt omnium Chriſtianorum mater.

¶ Septimo principaliter hoc pręceptum tranſgre-
diuntur qui principi nō obediūt in his quæ ſunt ne
ceſſaria:aut multū vtilia ad conſeruationē reipubli
cę.Et q principū iura legitime inſtituta ꝓ eorū ſta-
tus manutentione:nō perſoluūt.Similiter & illi qui
pro parentibus defunctis aut viuis nō orant.Quo-
niam ſi corpori in neceſſitate teneant̄ ſubuenire vi
illius ꝑcepti:a fortiori & animę. Similiter offendūt
qui eorum teſtamēta & pia legata non adimplent.

¶ Contra iſtud præceptum reductiue eſt (vt dicit
S.Tho.prima ſecūdę. Q.c.arti.xi.) inhonoratio ſe-
nis.Vnde Leuiti.xix.dicitur:Coram cano capite cō
ſurge:& honora perſonā ſenis. Et vniuerſaliter (vt
dicit idem) reducūtur omnia pręcepta inducentia
ad reuerentiam exhibendā maioribus:vel ad bene-
ficia exhibenda, vel ęqualibus:vel minoribus.

XIIII.Cap.de Quinto Præcepto.

QVINTVM præceptum eſt.Non occides.
Hoc pręcepto prohibet̄ occiſio hois ab ho

Digitized by Google

mine ſua ꝓpria auctoritate:quoniam ſi auctoritate dei vel legis iuſte quis occidat:non dicitur peccare. Etiam ſi aliquis iniuſte occidat brutum alterius(vt dicit Alexã.circa iſtud pręceptum)non peccat con tra hoc præceptum:ſed contra ſeptimum.

¶Contra iſtud præceptũ peccat quilibet qui tanq̃ perſona priuata alium quantũcunq; malum & pro quacunq; cauſa occidit ſine ineuitabili neceſſitate: quia vim vi repellere licet:ſeruato moderamine inculpatę tutelę.Peccat inſuper quicunq; qui pro qua cunq; cauſa ſeipſum occidit. Et tanto grauius:quãto magis tenetur ſe diligere.Peccat etiam qui propter ingluuiem nimis comedendo: vel propter abſtinentiam minus comedendo:vitam ſuam naturalem ſcienter vel ignoranter vincibiliter abbreuiat. Et breuiter quicunq; quacunq; alia cauſa vitam ſuã notabiliter abbreuiat:puta nimio labore:aut nimiis vigiliis.

¶Secundo principaliter hoc præceptum tranſgrediunt̃ qui impediũt cõceptionẽ in muliere(iã ſuſcepto ſemine)ꝑ euacuationẽ:vel alio mõ:qa q̃uis hominẽ nõ occidãt formaliter:dicunt̃ tamen virtualiter occidere:quia impediunt ne producat̃:qui alias produceretur.Et grauius peccant qui(iam animato ſemine) procurant ſuffocationem ante partum. Et etiam mulieres quarum negligentia: aut culpabili inaduertentia fœtus in vtero iam con-

ceptus moritur: q̃uis hoc non intendant. Similiter & illæ quarum negligẽtia iam ortus a beſtiis interficitur: vel ſubmergitur: vel in ſomno ſuffocatᷓ: aut quouis alio modo moritur.

¶ Tertio principaliter contra hoc præceptũ offendunt: qui vidẽtes aliquem in periculo mortis: a quo eum liberare poſſunt: ipſum non liberant: puta qui vident aliquem ab alio iniuſte interfici & nõ defendunt ſi poſſint: vel non retinent perſequentẽ ſi poſſint retinere. Nã pręceptũ eſt eruere eos qui ducuntur ad mortẽ: ſcilicet iniuſte. Similiter offendunt illi qui exiſtẽtibus in extrema neceſſitate: ſi illam extremã neceſſitatẽ cognoſcant: nõ ſubueniunt: neceſſaria miniſtrãdo: ſiue fuerit cibus: potus: aut veſtimẽtum. Quia (vt dicit Aug.) ſi vidiſti fame pereuntẽ & nõ pauiſti: occidiſti. Similiter peccãt medici aut chirurgici: qui pauperibus quos cognoſcunt opera ſua indigere: non ſuccurrunt propter defectũ pecunię. Nam etſi non teneantur eos perquirere: tenentᷓ tamẽ cum eos vident aut cognoſcũt, eis ſubuenire.

¶ Peccant quarto contra iſtud pręceptũ: qui venenis aliorũ vitam abbreuiant. Similiter & qui huiuſmodi venena male vtentibus miniſtrãt. Similiter & illi qui ſe pro medicis gerunt: artem medicinę ignorantes: nociua languenti per ſuam ignorantiam miniſtrando. Et magis peccarent illi qui ſcienter miniſtrarent. Etiam illi qui infirmitatem prolongant: vt

maiorem pecuniam poſſint extrahere.

¶Peccant quinto contra iſtud ꝑceptũ principales iudices:quorũ negligẽtia in terris eis ſubiectis ꝑpetrant homicidia:qa illa crimina eis imputãda ſunt quibus tenent obſiſtere & non obſiſtunt.Silr iudices qui innocentes vel non ſufficiẽter nocentes ad mortẽ cõdemnãt.Etiã illi qui ſufficiẽter nocẽtes cõdemnãt:nõ zelo tamẽ iuſtitiæ:ſed odio perſonę:vel qui delectantur in morte illius quem condemnauerunt.Similiter quicunq; conſulunt homicidę vt occidat:aut conſentiunt:aut occultant.

¶Peccant ſexto qui alterũ occidũt in anima:ipſum ad peccatũ incitãdo:ſicut illi q virginẽ:aut alterius vxorẽ inducunt ad luxuriã ſiue facto:ſiue verbo. Inſuper & illi qui poſſunt impedire hominẽ ne peccet & non impediunt.Etiam illi qui poſſunt illum reuocare a peccato per monitionẽ ſecretã ſeu correctionem fraternam & non reuocant:& pręcipue prælati qui ſpecialem habent animarum curam. Et quanto ipſis prelatis eſt magis mandatum de fratre:tanto grauius peccant eum ad peccatum incitando facto:vel verbo:vel non reuocando.Peccant etiã parẽtes nõ erudiẽtes liberos:qui poſtea ob defectũ eruditionis peccant.Quia parẽtibus dicitur Prouerb. xxix.Erudi filium.Similiter & illi qui cognoſcentes filios delinquere:eos non corrigunt.

¶Sexto peccãt detractores, qui proximum in æſti

matione bona alterius viuentem:perimunt quantū ad illam bonam æſtimationē:bona enim çſtimatio eſt quædā vita. Nam ſecundo peri hermenias dicit Ariſtoteles de Homero,q̄ viuit vt poeta.i.i æſtima tione hominū. Et iſtud peccatū tripliciter cōmitti tur.Primo falſum alteri imponēdo. Secūdo crimen verum alterius ſed occultū manifeſtādo. Tertio nul lum crimē imponēdo:ſed negando bona ineſſe ali cui quç æſtimātur ei ineſſe.Et quāto pluribus aliqs alterū diffamat:tanto grauius peccat. Et a fortiori peccāt q ſe ipſos diffamāt ſua malefacta referendo: & ex eis laudem ac ſi eſſent digna laude optando.

¶ Septimo peccant contra hoc prçceptum prçlati qui abſq; cauſa:aut pro leui cauſa cenſuras eccleſia ſticas & præcipue excōmunicationē multiplicant: cum excōmunicatio ſit quçdā mors: quia mēbrum ſeparatum a corpore mortuum eſt:& poteſtas excō municandi gladius vocet:quo non eſt niſi cū diſcre tione vtendum.Et contra iſtud prçceptum reducti ue eſt omnis iniuſta mutilatio:aut lçſio alterius. Et (vt dicit S.Tho.prima ſecundç quçſt.c.articu.xi.) ad iſtud præceptum reducitur prohibitio odii: & cuiuſlibet violationis contra proximum.Sicut illud Leuiti.xix.Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui.Et illud:Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.

XIIII. de Sexto Præcepto.

SEXTVM Prȩceptũ eſt. Non mœchaberis. Iſto p̃cepto prohibet̃ oĩs actus libidinoſus. Et omnis ille actus qui eſt ordinatus ad reſolutionem ſeminis:niſi ſit cũ vxore propria & modo a natura indito:eſt libidinoſus. Et talis actus(vt dicit Alex.circa iſtud p̃ceptum)diuiditur per ſeptẽ differentias: ſcilicet Fornicationem: Meretricium: Stuprum: Adulterium: Sacrilegium:Inceſtum : & peccatum Sodomiticũ. Et octaua differentia addi poſſet:videlicet Actus cõiugalis libidinoſus. ¶ Simplex fornicatio eſt inordinatus concubitus: quo ſolutus ſolutam naturali vſu cognoſcit.Et intelligitur ſolutus & ſoluta a vinculo coniugii : a vinculo conſanguinitatis aut affinitatis in gradu illegitimante : & a vinculo ordinis : religionis: & ſimplici voti continentiæ.Naturalis vſus intelligitur ad differentiam eius qui eſt contra naturã. ¶ Meretricium eſt mulieris ſolutȩ venalis concubitus publice. ¶ Adulterium eſt inordinatus concubitus:quo alienus thorus violatur. Et committitur quãdo vtraq; pars eſt vxorata:& etiam quando vnica. ¶ Stuprum eſt inordinatus concubitus: quo virginalis caſtitas corrumpitur. ¶ Sacrilegium eſt inordinatus concubitus:quo deo ſacrata caſtitas violatur. Sacratur autem caſtitas in quibuſcunq; qui votum continentiȩ formaliter vt religioſi:vel virtualiter vt in ſacris ordinibus cõſtituti: emiſerunt. ¶ Inceſtus eſt inordi-

natus concubitus:quo vinculum conſanguinitatis: vel affinitatis:vel cõpaternitatis corrũpitur. Et breuiter inceſtus eſt inter eas perſonas quæ illegitimæ ſunt ad ſimul contrahẽdum. ℭ Peccatũ ſodomiticũ eſt quando naturalis vſus in eum qui eſt contra naturam peruertitur. ℭ Libidinoſus coitus cõiugalis (ſcd̃m Alex.in tertia parte) eſt omnis ille coitus cũ vxore qui nõ fit cauſa prolis procreandę:aut reddẽdi debitum:aut fornicationis vitãdę. Et huiuſmodi coitus eſt duplex ſecũdum eundẽ:ſcilicet fragilis:& impetuoſus.Fragilis eſt qui fit cauſa delectatiõis in coniuge percipiendę:& non cauſa prolis: nec cauſa debiti:nec cauſa fornicationis vitãdę. Et hoc diſtinguendum eſt:vel illa delectatio præponitur deo: vel poſtponitur.Si ſecũdum:eſt ſolũ veniale. Si primũ: eſt mortale:quia eſt frui vtẽdis. Impetuoſus autem eſt quando ex ſola libidine proueniens metas rationis & honeſtatis tranſcendit. Et hoc quinq; modis. Primo quando fit cauſa ſatiandę libidinis per meretricias blanditias. Secũdo quãdo fit cõtra naturalẽ modum Tertio cũ fit tẽpore prohibito. Quarto in loco prohibito. Quinto cũ acceditur ad prægnantẽ propinquam partui:aut tempore menſtruorum.

ℭ Contra iſtud præceptum reductiue peccant guloſi:quia venter mero ęſtuans facile prorũpit in libidinẽ. Et (vt dicitur prouerb.xx.) Luxurioſa res eſt vinum. ℭ Contra iſtud præceptũ vniuerſaliter pec-

cant qui in ſe ipſo vel in alio exercent actus quibus procuratur reſolutio ſeminis: niſi hoc cum propria vxore fiat:& modo naturali:& propter fines prius dictos.Et de oĩbus illis circũſtantiis actis in illis ſpeciebus luxurię:eſt confitendũ: cum variẽt ſpeciem.

¶Contra iſtud præceptum etiã offendunt impudice tangentes aut amplexantes aliquã: vt eam ad cõſenſum aut concupiſcentiam ſui inclinẽt. Similiter & mulieres ſe impudice oſtentantes:aut facies ſuas depingentes vt concupiſcantur. Etiam hoc præceptum tranſgrediuntur qui impudice loquuntur de actu carnali. Similiter qui in audiendis talibus loquelis impudicis delectantur.

XV.cap.de Septimo Præcepto.

SEPTIMVM præceptum eſt. Non furtum facies. Iſto præcepto prohibetur omnis iniuſta rei alienæ contrectatio. ¶Contra hoc pręceptum primo offendũt qui rem alterius:eo rationabiliter inuito:auferunt:ſiue publice:ſiue ſecrete.Et ſi publice:illa ablatio vocatur Rapina.Si ſecrete:vocatur Furtum. Si enim dominus eſt inuitus irrationabiliter:nõ eſt peccatum:vt qui auferret a furioſo gladium.

¶Secundo hoc pręceptum tranſgrediuntur etiam nouo peccato:quicũq; rem alterius habentes eo inuito:habita opportunitate reſtituendi non reſtituunt.Et toties nouo peccato peccant:quoties habita

opportunitate non reſtituūt.Et eis neceſſarium eſt non ſolum confiteri q̄ abſtulerint: verūetiam q̄ habita opportunitate nō reſtituerint. Etiam de numero omiſſionum reſtituendi.

¶Tertio hoc præceptum tranſgrediuntur: qui ab habentibus res alienas ſcienter eas recipiūt ſiue dono:ſiue emptione:vel p̄mutatione quacunq̧: aut depoſitione: vel vadio: aut quouis alio modo: niſi hoc fecerint intentione reſtituendi vero domino.Similiter & illi qui ignoranter eas receperunt niſi(cū peruenerit ad eorum notitiam q̄ erant alienæ: & non illius a quo dono vel alio modo habuerunt) vero domino reſtituant.qa cū nō eſſent illius a quo emerunt:non eſt in eos tranſlatum dominium:ſed ſemper remanent primi domini.

¶Peccant quarto contra hoc præceptum: principes & iudices:ſciētes iuridice aliquem habere rem alienam:qui non compellunt eū ad reſtituendū: ſed differunt iudiciū fauore occupātis:vt appunctamē tū ad ſuā vtilitatē faciat cū vero domino rei. Similiter & iudices qui non ſufficienter taxant expenſas quas verus dn̄s fecit ad recuperationē rei ſuæ,dummodo non fecerit niſi neceſſarias. Similiter & qui nō ſufficienter taxant intereſſe quod habuit ex carentia rei ſuæ.Etiam peccant illi qui ſciunt rem alienam detineri:& requiſiti nolunt teſtificari q̄ ſit veri domini. Similiter & illi qui non reſtituunt rem

totam quã ſciunt alienam cũ fructibus & intereſſe: ſed parte conſentiente timore expenſarũ proceſſus aut nimię dilationis ſententię dandę: vnicam partẽ reſtituunt:quia talis conſenſus partis non eſt liber: & per conſequens non eſt ſufficiens ad releuãdum illum iniuſtum poſſeſſorem a debito reſtituendi:vt dicit Sco.xv.diſtinct.Quarti.

¶Quinto hoc præceptum tranſgrediuntur debitores:qui adueniẽte termino in quo ex pacto aut promiſſo tenentur debitum ſoluere : non ſoluunt : petente illo cui ſunt debitores: niſi propter impoſſibilitatem excuſentur. Peccant inſuper conſulentes ne debitum ſoluant:aut rem alienam reſtituãt:ſed per proceſſus prolongent ſolutionem. Similiter & aduocati qui pro illis ſcienter patrocinantur.

¶Sexto hoc pręceptũ tranſgrediuntur qui ſunt alicui debitores:& ſcienter ſe impoſſibilitãt: ne ſoluãt tempore pręfixo:vel prodigaliter bona ſua exponẽdo:vel bonis ſuis renunciando.Et propterea (vt deducit Ioannes de Gerſono) non licet grauato debitis:ingredi religionem & profiteri paupertatem.

¶Septimo contra hoc præceptũ offendũt:res ſuas vendẽtes vltra iuſtum precium: q̃uis citra dimidiũ iuſti precii.Et ad reſtitutionẽ tenentur in foro conſcientiæ:q̃uis cõpelli nõ poſſint coram iudice laico: licet bene poſſent compelli(vt exiſtimo)corã iudice eccliaſtico. Et hoc tenet Panor.extra de vſuris.c.

In ciuitate. Similiter & illi qui ſcienter emunt citra iuſtum precium. Et illi qui licet non vendāt vltra iuſtum precium, vellent tamē vendere: vt ſunt illi qui rem multo pluris faciunt q̄ valeat: qa veriſimile eſt ꝙ vellent tanti vendere quantum quærunt. Peccāt etiam qui conducti certo precio pro aliquo tempore: negligenter exercent operas domini ſui. Etiam & illi qui ſecundum labores non ſufficiēter ſoluūt. Peccant etiam illi qui in diminutis menſuris aut ponderibus res ſuas vendunt. Necnon & illi qui res corruptas pro bonis vendunt eo precio quo bonę venderentur.

¶ Octauo peccant contra hoc præceptum qui iuriſdictionem alterius impediunt: ſicut ſi principes laici impedirent iuriſdictionem eccleſiaſticam: aut ecōtrario. Similiter & qui auxiliū ſciēter miniſtrāt aliquibus ad defenſionem: aut retētionem: aut vſurpationem rerum alienarum: ſicut qui fauorem darent Regi Anglię in acquiſitionē regni Francię. Et dico ſcienter: quia in caſu dubii: licet vaſſallis auxilium pręſtare domino ſuo. Peccant etiam quicunq; iudicant ſibi non ſubiectum: vt ſi laicus clericum iudicaret.

¶ Nono hoc p̄ceptū tranſgrediunt̄: q in mutuis ex vi mutui aliquid p̄ter ſortem recipiunt: vt vſurarii. Etiam & ſinguli ſimoniaci qui vendūt res ſpirituales: quia nō ſunt earum domini: ſed ſolum miniſtri.

Digitized by Google

Etiam & prælati qui contra diſpoſitionem iuris vl-
tra procurationem aliquid recipiunt.
¶ Decimo hoc pręceptũ tranſgrediũtur cognoſcẽ
tes neceſſitatẽ alicuius:qui ei non ſubueniunt: ſaltẽ
ſi non ſit alius qui ſubueniat. Similiter & aduocati
cognoſcentes pauperes ob paupertatem non poſſe
ſuam iuſtã cauſam ſuſtinere:qui non gratis pro eis
patrocinãtur:quia hoc eſt eis debitum in hoc caſu:
vt dicit.S.Tho.ſecũda ſecundæ Quęſt.lxxii.Simili-
ter & appellantes a vero iudice nullo modo graua-
ti cauſa moræ afferendæ:quia iniuriã faciunt & iu
dici cuius officium impediunt: & parti cuius iuſti-
tiam quantum poſſunt perturbant. Et hoc dicit.S.
Tho.ſecunda ſecundę Quęſt.lxix.
¶ Vltimo huius præcepti ſunt tranſgreſſores qui-
cunq̧ rem debitam denegant: vt curati denegãtes
adminiſtrationẽ ſacramentorũ ſubiectis. Similiter
denegantes doctrinã. Similiter & Epiſcopi qui cu-
ris prouident de inidoneis: quia tenẽtur de idoneis
prouidere.Et ita breuiter de omnibus aliis debitis
deduci poteſt.

Decimũſextum cap.de Octauo Pręcepto.

OCTAVVM pręceptũ eſt.Nõ loqueris con
tra proximũ tuũ falſum teſtimoniũ.Iſto prę
cepto prohibetᷣ falſum teſtimoniũ ſemp̱. Et
pręcipitur implicite(vt dicit Alex.quarta.Q. circa
iſtud pręceptũ)obſeruantia veritatis ad proximũ.

Digitized by Google

¶Contra iſtud pręceptũ primo agunt qui mentiũ tur in damnũ & perniciem proximi:puta qui men tiendo:ꝓximo nocét,ſiue in iudicio:ſiue extra iudi cium:quia(vt dicit Alex.)hoc præcepto ꝓhibetur omne mẽdacium malignitatis:quod ſcilicet fit intẽ tione nocendi. Propterea dicitur in ꝑcepto:Contra ꝓximum.Sed illud qđ fit in iudicio, eſt grauius q̃ il lud quod fit extra iudiciũ.Et(vt dicit San.Tho. ſe cũda ſecundæ.Q.lxxi.)habet triplicẽ malitiã ſeu de formitatem.Prima eſt ex periurio:quia non admit tũtur teſtes niſi adiurati.Et iſta malitia eſt cõtra ſe cũdũ ꝑceptum primę tabulæ.Secũda malitia eſt ex violatione iuſtitię:quia iuſtitiam tollit ab eo contra quem mentitur.Tertia eſt ex ipſa falſitate:quia con tra mentẽ aſſerit:& vocibus ad exprimendũ mẽtis cõceptũ ordinatis:abutitur. Mẽdacium autem offi cioſum quod nulli nocet & alicui prodeſt:nõ eſt pec catum mortale. Similiter nec mendacium iocoſum quod nulli nocet:nec alicui prodeſt:ſed ſolũ fit iocã di gratia.Et propterea non ſunt illa mẽdacia de ne ceſſitate confitenda.

¶Secũdo principaliter hoc ꝑceptũ tranſgrediunť hypocritę ſignis exterioribus ſe bonos oſtẽdentes: cum tamen interius ſint mali. Necnon & cæteri ſi mulatores:puta qui ſimulant ſe pauperes cũ ſint di uites:vt eis elargianť eleemoſynæ.Et iſta ſimulatio eſt ꝑnicioſa veris pauperibus:qbus illę eleemoſynę

tribuerētur:& tenentur illis veris pauperibus reſti-
tuere,vt dicunt docto.pręſertim Altiſſiodo.Et non
tenentur reſtituere illi qui dedit eis:quia ille iam ex
datione habuit meritum.Peccant etiam qui per vir
tutem aliquarum hęrbarum vel vnguentorum fin-
gunt ſe habere mēbra corroſa:aut debilia: cum ta-
men habeant ſana.

¶ Tertio hoc pręceptū tranſgrediuntur:falſis teſti
bus nimis facile credentes cū mala aſſerunt de pro
ximo.Similiter & opera proximi in peiorem partē
interpretantes.quibus dicitur Matth.vii.Nolite iu
dicare & non iudicabimini.

¶ Quarto contra hoc pręceptum offendunt etiam
mortaliter(ſecūdū ſanctum Tho.ſecunda ſecundę.
Quęſt.lxix.) diffamati de aliquo crimine q̄uis non
plene probato:negātes veritatē de qua interrogan-
tur a iudice ſecūdum formā iuris:immo etiam non
confitentes eam:quia tenentur obedire iudici recte
præcipienti ſecūdum iuriſdictionem ſuæ cathedrę:
etiam q̄uis ex cōfeſſione eorum ſequatur cōdemna
tio ad mortem. Peccant etiam quicunq; a quibus
auctoritate iudicis requiritur teſtimonium ordine
iuris:puta de publicis:aut de his de quibus præceſ-
ſit infamia:qui teſtificari nolunt : ſed celant verita-
tem:vt patet ſecunda ſecundę quæſt.lxx.articu.pri-
mo.Similiter & illi a quibus requiritur teſtimoniū
non auctoritate iudicis ſed ab alio qui nō eſt iudex:

Digitized by Google

dummodo illud teſtimonium requiratur ad liberã-
dum hominẽ ab iniuſta morte,ſeu infamia:aut ini-
quo damno:vt patet ex eadem.Q.Super his autem
quæ pertinent ad condemnationem: non tenentur
ferre teſtimonium:niſi a ſuperiore compulſi ſint ſe
cundum ordinem iuris: vt dicit idem doct.quia ex
occultatione veritatis nulli particulariter damnum
naſcitur.

¶Peccant poſtremo qui peccatum fratris:poſt ſe-
cretam monitionem & charitatiuam in eo adhuc
perſeuerantis:non denunciant prælato: vt eum mo
neat & corrigat ſecundum proceſſum datũ a Chri
ſto.Matth.xviii.Et de hoc Tho.ſecunda ſecundę.Q.
lxix.Arti.primo.Et vniuerſaliter omnis celatio veri-
tatis pro tempore ꝓ quo manifeſtari debet:eſt con
tra iſtud octauum præceptum.

XVII.cap.de Nono Præcepto.

NONVM Præceptum eſt. Non cõcupiſces
vxorem proximi tui.Et iſto præcepto ꝓhi-
betur concupiſcentia cuiuſcũq; alterius mu
lieris a ſua:quia qui viderit mulierem ad cõcupiſcẽ
dum eam:iam mœchatus eſt corde ſuo.Et ſecundũ
Alexã.quarta.Q.circa iſtud p̄ceptum principaliter
ꝓhibetur concupiſcentia ꝓut eſt in conſenſu ratio
nis ſeu voluntatis:quod intelligendum eſt formali-
ter aut virtualiter: & non concupiſcentia prout eſt
ſolũ in conſenſu ſenſualitatis.Quia (vt dicit Aug.)

non eſt poſſibile quin viſis tangamur. Et ſic non eſt poſſibile quin talis concupiſcentia in nobis ſit: ſed ꝓhibet᷑ ne illas cõcupiſcẽtias ſequamur: ſecundum ꝙ dicit᷑. Eccl'iaſtici.xviii. Poſt cõcupiſcẽtias tuas nõ eas. Ire autem paſſibus mentis: conſentire eſt.
¶ Sed aduertẽdũ ẽ circa predicta: ꝙ duplex eſt cõſenſus rationis. Vnus eſt quo ratio cõſentit in illam concupiſcentiam ſenſualitatis: q̃uis non conſentiat in opus ad quod illa concupiſcentia trahit & inclinat. Vt quando voluntas vellet ꝙ ſenſualitas concupiſceret mulierẽ alterius: q̃uis nõ vellet cũ ea perpetrare opus. Siue quando volũtas vellet delectari de actu fornicandi cogitato: q̃uis non vellet illum perpetrare. Et talis conſenſus: ſecundũ Sanctũ Tho. prima ſecũde. Q.lxxiiii. Arti.viii. eſt mortalis. Et idẽ tenet Bonauentura diſt.xxiiii. Secundi: circa ſecundã partem illius diſt. Arti. ſecundo. Q. ſecũda. Alius eſt conſenſus voluntatis: quo non ſolum conſentit in illam concupiſcentiam ſeu delectationem: ſed etiam in opus ad quod illa concupiſcentia ſeu delectatio trahit. Et ſecundum omnes doct. talis conſenſus eſt peccatum mortale. Et vterq; iſtorum conſenſuũ eſt formalis: & de vtroq; confitendum eſt: etiam explicando circunſtantiam obiecti: puta ſi illa quam concupiuit erat virgo: explicandum eſt ꝙ concupiuit virginem: Si vxorata, ꝙ vxoratam: Si cõſanguinea ꝙ conſanguineam. Quia ſicut ille circunſtantiæ va

riant ſpecies actuū exteriorū:ita & peccatorū quæ in ſolo conſenſu conſiſtunt. ¶ Tertius conſenſus eſt quem doct.vocant virtualē ſeu interpretatiuū:quādo ratio aduertit concupiſcentiam ſenſualitatis ſeu delectationem:& non conſentit,nec in opus: nec in delectationem:nec in concupiſcentiam ſenſualitatis conſenſu formali:non tamen reprimit:ſed etiā permittit:& circa eam immoratur. Et tunc dicitur illa delectatio moroſa ſecundū ſanctū Tho.prima ſecūdę Quęſt.lxxiiii.arti.vi.Et (ſecūdū Bonauenturam loco pręallegato) ſi aduertat periculum:eſt peccatū mortale:quia qui amat periculum:peribit in illo. Ex his patet ꝙ tripliciter cōtingit peccare mortaliter circa iſtud præceptū.Et omnia prędicta intelligenda ſunt de delectatiōe quæ eſt de actu exteriori obiectiue : & non de illa quæ ſolum eſt de cogitatione actus:aut de pulchritudine mulieris:vt patet ꝑ præfatos docto.locis præallegatis.

XVIII.Cap.de Decimo Præcepto.

VLTIMVM pręceptū Decalogi eſt.Nō cōcupiſces rē proximi tui:neq; domū:non ſeruum,non ancillā,nō bouem,non aſinū , nec omnia quę illius ſunt.Iſto pręcepto prohibetur concupiſcentia:qua rem alterius iniuſte cōcupiſcimus: puta quia eam vellemus habere cū detrimento proximi.Nō autē prohibet' volūtas qua vellemus habere ſine detrimēto:ſcilicet ex conſenſu eius ꝑ emptio

nem:permutationem:aut alium iuſtum contractũ.

¶Contra iſtud pręceptum peccant inuidi: qui triſtantur de bonis aliorum & gaudent de malis.Peccant inſuper qui beneficia viuentium impetrant:vt ab eis(ad euitãdos proceſſus)aliquã penſionẽ:aut recompenſam obtineant. Peccant etiam indigni beneficia vacantia deſiderantes:quia rem aliis debitã & nõ ſibi:concupiſcunt.Et ſecundum Alex.iſto pręcepto prohibetur omnis honoris inordinatus appetitus:quia eſt concupiſcentia rei alteri debitę.

PRAEDICTIS bene perſpectis:cõſiderando progreſſum vitæ meæ: apertiſſime cõſpicio ex iam dictis: me in multis male feciſſe tam contra deum meum:meipſum: q̃ etiam contra ꝓximum:corde:ore:facto:& omiſſione. Pro tãto vltra iam dicta:video aperte(vt diſcernere valeam inter veniale & mortale)de multo mihi ſeruire:& valde vtile eſſe:habere notitiã de regulis moralibus:præcipue inſequendo quondam egregiũ virum magiſtrum Ioannem Gerſon.Quarũ quidẽ regularum illius:tenor ſequitur:& eſt talis.

EA quæ tibi pręcepit deus;cogita ſemper. Quoniam quilibet obligatur ſcire illud, abſq; cuius notitia non poteſt euitare peccatum.

CVLPABILIS ignorantia iuris diuini nõ cadit

in facientem qđ in ſe eſt. Quoniam ſpiritus ſanctus talé hominé de neceſſariis ad ſaluté quæ vires ſuas excedũt, docere immediate vel mediate paratus eſt.

IGNORANTIA inuincibilis excuſat in eis pręſertim quę ſunt facti. Non autem craſſa vel ſupina: quę ꝑuenit ex negligétia ſciendi & faciédi quod in ſe eſt. Dicitur autem inuincibilis: nõ quin vinci poſſit: aut ꝙ ex ea neceſſe ſit tunc operari: ſed quia operans ſufficienter ſecundũ caſus euentum diligentiã appoſuit ſciendi illud quod neſcit.

IGNORANTIA iuris humani ſufficiéter promulgati nõ liberat ſubditos a pœna in foro exteriori: licet frequenter quo ad deũ excuſet a culpa quoſdam ignorantes.

NON quilibet tenetur ſcire de quolibet peccato mortali an ſit tale: licet expediat iſtud inquirere & ſcire iuxta vniuſcuiuſq; vires & ſtatũ: & plus eccleſiaſticos q̃ laicos. Et inter eccleſiaſticos pręlati ex officio tenẽtur ꝙ ſint parati omni poſcenti reddere rationem de ea quę in eis eſt fide: & ſpe.

NEMO vtens ratione diu ab ignorantia principiorum moralium excuſatur: forte enim morulam ad conſiderandum apponere fas eſt.

OMNIS doctrina & omne ſtudiũ debent de curioſitate vana aut noxia culpari: quę non ordinatur actu vel habitu: mediate vel immediate ad bene moraliter grauiterq; viuendum.

DARE ſtudium ſuũ rebus inutilibus aut noxiis: vtilioribus ſcienter omiſſis: curioſitas eſt dãnabilis.

VTILE & inutile: noxiũ & innoxiũ: dicunť in moralibus nõ abſolute: ſed ꝑ reſpectũ ad nos cũ circunſtantiis finis, loci, & tẽporis, officii, atq; cęterorum.

OMNIS obligatio finaliter reducitur ad dictamen liberi arbitrii diuini ſic volẽtis obligare creaturam. Quod dictamẽ nobis innoteſcit vel in lumine fidei vel gratiæ infuſarum: vel in lumine naturali ſignato ſuper nos. Vnde practica iudicia rationis habemus aut per lumina ſcientiarum tam diuinarum q̃ humanarum ex duplici lumine priori emanantiũ: aut poſtremo: per experientiæ multiplicis luminoſum documentum: per quod fit vt virtus certius q̃ ars operetur. ꝓpter quod virtuoſus bene iudicat de oĩbus: & eſt ei⁹ iudicio virtutis mediũ aſſumendũ.

IN principiis moralibus aſſignandis fit proceſſus quandoq; a notioribus & quaſi a poſterioribus vt ex iis quæ videmus in humana politia aſſurgendo ad diuinam legem: quandoq; fit econtra a priori: conſiderãdo eas leges quæ naturę ſunt notiores: qualis eſt lex æterna.

AEQVITAS quã nominat Philoſophus Epikaian: præponderat iuris rigori. Eſt autem æquitas: iuſtitia (penſatis omnibus circunſtantiis particularibus) dulcore miſericordię temperata. Hoc itellexit qui dixit. Ipſæ etiam leges cupiũt vt iure regantur.

Digitized by Google

Et ſapiens. Noli eſſe nimis iuſtus. Alioquin ſumma iuſtitia fit ſumma iniuſtitia. Omnia mãdata dei ęq tas.i.cum æquitate penſanda.

BONARVM MENTIVM eſt ibi agnoſcere culpam: vbi culpa non eſt. Agnoſcere inquã nõ per aſſenſum firmum: hoc enim ſtultum periculoſumq; fieret: ſed ſic, vt doleat aut pœniteat homo poſtmodum: quaſi veraciter in culpa teneretur.

NVLLVM EST PECCATVM mortale actuale abſq; conſenſu libero rationis vero vel interpretatiuo. Interpretatiuum conſenſum tunc eſſe dicimus: dum habuit ratio tempus ſufficiens deliberandi & fugiendi ea: circa quæ vitanda eſſe peruigil tenebatur. Qualiter dicit lex forenſis. Qui tacet conſentire videtur. dum videlicet repugnare tenetur.

CONSENSVS in actum ſolum venialiter malum eſt tantũmodo venialis: loquendo de veniali ex genere ſuo: vt eſt verbum ocioſum.

NVLLVM PECCATVM eſt adeo veniale: qui ipſum vel ipſi ſimile fiat mortale dum placet: hoc eſt dum conſenſus additur. Si tamen illud veniale erat actus mortalis ex genere ſuo; ex eo q; non fiebat ex conſenſu libero & perfecto: venialis reddebatur.

NVLLVS EST actus adeo mortalis: quin ipſe vel ipſi ſimilis ſit non mortalis dũ diſplicet: vel ſi nõ

placet conſenſu perfecto & deliberato.

NIHIL EST adeo conſilium in lege euangelica:quin in caſu poſſit eſſe obligatorium.Et ita quilibet vtens ratione tenetur ſecundum præparationem animi ad quodlibet conſilium: puta ad martyrium : vel dimiſſionem omnium ſuorum: & ſimilium : ſi & vbi neceſſitas immineret hoc agendi. Obligat inſuper quodlibet conſilium ꝙ non contemnatur, tanq̄ non ſit ſalubrior obſeruatio eius q̄ oppoſiti.

NVLLVS ITA conſiliis ſeruandis aſtringitur,quin ab eo aut poſſit aut debeat in caſu eorum obſeruatio verbalis quādoq; prętermitti:vt de non habendo duas tunicas:de prębendo pallio tunicam auferenti.Et ſimilibus.

OMNIS AGENS contra conſcientiam ædificat ad gehennam: vel mortaliter,ſi conſcientia ſit fixa ꝙ illud quod agitur eſt mortale: vel venialiter ſolum quantū eſt ex parte huius circunſtantiæ quę eſt facere contra cōſcientiam:ſi conſcientia iudicet illud eſſe ſolum veniale.

IN NVLLO caſu eſt aliquis ꝑplexus inter duo peccata : quin ei pateat exitus abſq; nouo peccato. Nam ſi iurauerit quiſpiam ſe occiſurum Petrū innocentem, & non occidat eum : ipſe non peccabit nouiter : ſed iam peccauerat iurando. Si autem

dicat ipſi cõſciẽtia erronea ꝙ Petrus innocẽs eſt ſtatim ab eo occidẽdus: dimittat hãc conſcientiã & liberatus eſt. Si poſtremo incidant pręcepta incompoſſibilia ex culpa eiꝰ: agat illud qđ de ſe eſt magis obligatorium: & a nouo peccato immunis exiſtit.

EXPONERE ſe piculo peccati mortalis eſt peccatum mortale. Vel ſic. Agere incertũ & dimittere certum in materia morali eſt peccatum mortale. Si tale ſit incertum ꝙ ſit mortale non ſolum per coniecturas leues: aut ex ſuſpitione trepida & ſcrupuloſa proueniente ex nimio timore cadendi in via dei: ſed intelligitur dum tale eſt vehemẽter & probabiliter incertum ęque ſicut oppoſitum vel magis. tunc enĩ illud quod agitur non carebit mortali culpa: aliter non oporteret.

CONSILIVM ſalubre eſt: frequenter agere contra ſcrupulos leues & trepidos: vitando eos ad aliorum iudiciũ: vt ex cõſuetudine fiat homo robuſtus ſolidus: & trãquillus in exercitio ſpirituali. Exemplũ in domificatoribus: & funãbulariis.

DANS operam rei illicitę aut ad ſe non ſpectanti: non excuſatur per ignorãtiam de peccato ſequẽti: pręſertim quo ad pœnam in foro exteriori de rigore ſoluẽdam: ſed apud deum ſępe non imputatur ad nouum: aut maius peccatũ. Sicut interfectio hominis per ebrium non vtentem ratione: non habet culpam maiorẽ q̃ fuerit talis ebrietas. Sic aliqui di-

Digitized by Google

cerent de peccatis damnatorum.

AMBVLANDVM eſt in virtutũ doctrina via regia:vt nec ſtrictius fiat dei mandatum: nec latius q̃ ipſe mandauerit:q̃uis inde ſumere poſſint aliqui aut malitiæ velamen:aut peccandi libertatem: aut econtrario in deſperationẽ cadere. Vnde non omnibus pro omni tempore & loco prędicãdam aſſerimus quamlibet veritatem.

HOMO qui tenetur reprimere illecebram anteq̃ ſit mortalis : & primo omiſit reprimere & euitare : hoc imputabitur ei ad culpam mortalem in primo inſtanti non eſſe gratiæ & eſſe peccati mortalis. Et ante nunq̃ fuit verum dicere : iſte mortaliter omittit.

PECCATVM veniale magis poſſet dici cohibitum q̃ prohibitum:& eſſe contra inſtitutionem ſeu monitionem:quaſi medium inter pręceptũ & conſilium:q̃ abſolute contra pręceptũ. Cõmunius tamen dicitur eſſe citra aut pręter pręceptum & p̄ter dilectionem dei:& non contra.

OMNES primi motus qui apti ſunt inſequi rationem:& per eam regulari ſi eam pręuenerint:dici poſſunt peccata etiã in paruulis & fatuis:quia ſunt pręter ordinem naturę primitus inſtitutæ. Tamen rectius hoc dicitur de adultis ratione vigẽtibus: in eis inſuper circa quæ ratio peruigil eſſe debet.

OMNIS infidelium vita peccatum eſt:ſi & dum

ex infidelitate operantur : aliter non oportet quin poſſint bene moraliter operari:ſicut de fidelibus extra gratiam rectior ſententia tenet.

QVI MINIMA negligit:paulatim decidit. Nã veniale peccatum etſi non perimit de per ſe vitam gratiæ : infirmat tamen operationem eius quæ eſt vita ſecunda: & ad mortem ſi multiplicatur diſponit:retardatq; a profectu meriti : & ab acceleratione viſionis dei.In via enim dei non progredi,regredi eſt.Fac interim ſcilicet dum es in peccato mortali:quicquid boni potes : vt deus illuſtret cor tuum. Nam bonum opus de genere & morale etiam factum extra charitatem:vtilitatem affert multam:ſicut nocet veniale: quoniam per tale opus diſponit homo ad opera virtutum : & ad facilius reſurgendum trahitur:ſeu per aduerſa:ſeu per proſpera: ſecundum q̃ expedire nouit deus.

NVLLVS ACTVS de genere moris:in habẽte vſum rationis:eſt ſimpliciter indifferẽs:neq; quo ad bonitatem moris : neq; quo ad meritum vel demeritum ſaltem boni temporalis.

QVANTVM obligamur & quoties ex diuina auctoritate quærere ſalutem noſtram æternam : tantum & toties obligamur bene operari ex gratia. Et quia non pro quolibet momento tenemur actualiter tendere ad beatitudinem æternam: cum hoc ſit præceptum affirmatiuum : idcirco non ſem

per culpabiliter omittimus: dum extra gratiam aliquid operamur.

SOLVS DEVS & nullus alius abſq; eius commiſſione poteſt directe & per ſe obligare quécunq; hominem etiam ſibi ſubditum abſq; eius conſenſu libero: ad actus interiores & latentes habendos: ſolus quippe deus poteſt de talibus iudicare: alii autem non niſi de eius mãdato & reuelatione: ſed tñ de exterioribus. Notanter vero dicitur directe & per ſe & abſq; conſenſu libero: quia indirecte & per accidens vel ex conſenſu ſubditi hoc poteſt fieri: dũ videlicet iubetur actus exterior: qui nõ poteſt fieri niſi ab interiori procedat.

NEMO abſq; culpa ſua aut cõſenſu ſuo libero poteſt de per ſe obligari ad ea quæ ſibi alias eſſent licita vel conſilia. Poteſt autẽ hoc fieri de per accidẽs pro manifeſta vtilitate reipublicę cuius eſt pars: vel ex eius culpa ſaltem quo ad forum exterius.

QVONIAM rationabile eſt vt nullus homo aliquid ꝑcipiat niſi illud de quo poteſt cognoſcere iudicialiter ſecũdum modũ ſuũ in foro ſuo: Idcirco finis & intẽtio legiſlatoris nõ cadũt ſub obligatione ſubditorum: ſed tantummodo operationes exteriores præceptorum. Et ita dicens horas: aut ieiunans in peccato mortali: aut intentione ſiniſtra: vel abſq; attentione: abſoluit ſe quidem a præcepto eccleſiæ: ſed non apud deum de negligentia,

Digitized by Google

aut peruerſa intentione ſæpius excuſatur.

PRAECEPTA dei affirmatiua:quia obligant ad ſemper:ſed nõ pro ſemper:eorum obligatio eſt ſub quadam diſiunctione ad hoc tempus vel ad illud:& ad hanc ſpeciem operationis vel ad illam. Sicut cole re deum latria exteriori:non plus de ſe obligat ad hanc ſpeciem cultus exterioris & ad hanc diem: q̃ ad illam.

AD eruditionem atq; certificationem fidelium:& vt cõformis ſit in eccleſiaſtica politia cultus diuin9 ꝑlati eccleſiaſtici tanq̃ ſapiẽtes ſtatuti ſunt:per quos expedit illud quod ſub diſiunctione:ad aliquid vnũ certum & cõmune chriſtianis: limitari: ſicut ꝙ dei cultus exterior,die dominico: & ꝑ ceſſationem ab operibus ſeruilibus exſoluatur.

ECCLESIASTICI prælati reſpectu præceptorum diuinorum & regulæ euangelicæ: nullo modo ſunt conditores:ſed duntaxat quidam interpretatores,expoſitores,præcones,& doctores.

INTERPRETATIO:& limitatio:vel expoſitio prælatorũ in lege diuina q̃diu prælati non cognoſcunt abuti ſua poteſtate: ſuſcipienda eſt reuerẽter tanq̃ lex dei.Abuterentur autẽ ſi manifeſte imponerent onera nimis grauia ceruicibus populi chriſtiani,vt ſi ad feſtiuandum quotidie:aut ad ſtatuta qualia religioſi habent:oẽs paſſim aſtringi quærerent.

DISPENSATIO ꝑlatorũ quę eſt iuris cõmunis

quædam relaxatio ſeu mitigatio locum habet pręci pue circa particulares caſus:& perſonas ſingulares: qm̃ aliqua ſtatuta ſunt pro cõmunitate:quę huic ꝑſonæ vel illi:& in iſto caſu vel illo: non ita ſicut ſunt poſita,congruere dignoſcuntur.

POENAE ſunt reſtringendę:ſic ꝙ abſq; vtilitate reipublicæ: vel eius cui infligũtur:neq; inſtitui:neq; ipſę inſtitutę exequi deberent:& peccant oppoſitũ facientes:vel eas cum hoc reſciuerint:non tollentes.

IN omni republica tolerari poſſunt aut debẽt vitia quę abſq; deteriori periculo neq; corripi:neq; extirpari valerent.Quando autem illud eſt & quando non:difficile eſt & ſæpe impoſſibile generaliter definire:niſi prout circunſtantiis particularibus inſpectis:pręlati:ſuperiores:& ſapientes determinabũt. Exemplum eſt de meretricibus:& vſurariis: & ſimilibus:quæ quandoq; permittuntur. Et ita de concubinariis ſacerdotibus:pro loco & tẽpore ſtaret forte eſſe faciendum.

COMMVNIS error facit ius. Ad hunc ſenſum vel intellectum: & ſimiles. Qꝛ prælati & principes ſępe aliqua faciunt aut permittunt iuſtiſſime:ob errorem ſubditorum cõmunẽ:quę alias ſi fierent aut permitterentur:ad culpam eoſdem obligarent.

COMMVNIS inobedientię culpa quãdoq; abſoluit de per accidẽs ab obedientia: & culpa pro futuro:& hoc in legibus poſitiuis vt tales ſunt:alioqn

non videtur in multis quo modo lex lata & iurata poſſet per non obſeruationem aboleri.

CONSVETVDO eſt optima legũ interpres:ſi de poſitiuis fiat ſermo.

CVM conſuetudo ſit altera natura:leges aſſuetę & quaſi iã in naturales verſę:nõ debẽt abſq; manifeſta vtilitate:vel neceſſitate:vel tolli:vel mutari.

CONSENTIRE cẽſendi ſunt ſuperiores ſaltem interpretatiue:in abolitione legum ſuarum poſitiuarum:quando paſſim eas diu non obſeruari vidẽt & nec verbo:nec facto reclamant.

LEX non inſtituitur niſi dum promulgatur: neq; vigorem habet: niſi cum moribus vtentium approbatur:& hoc ſi ſit lex pure poſitiua ad populi regimen. Secus de diuina atq; naturali diceretur: contra quas non eſt præſcriptio:vel ad oppoſitum conſuetudo:ſed potius corruptela.

IN omni lege quãtũcunq; poſitiua bene inſtituta aliquid eſt de iure naturali & diuino: vt q; expedit homines legibus regulari : q; qui poteſtati reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit.Et ſimiles.

SECERNERE ius diuinũ & naturale a poſitiuis ſicut eſt difficile:ita maxime neceſſarium eſt:& vtile in omni doctrina morali & politica.Et hoc fieri ꝑfecte nequit abſq; ſacra ſapientia,quæ legibus æternis innititur atq; fundatur.

COMPARATIO peccatorum adinuicẽ ſecũdũ

grauitatē maiorē aut minorē: generaliter ſumi nequit:niſi cōparentur in genere ſuo:& cæteris paribus:quoniam ſecūdum alias circūſtātias particulares ſe habent plurimum vt excedentia & exceſſa.

QVANTIFICATIO peccatorū a poſteriori ſumitur a pœna:licet nō ſufficienter vſquequaq;. Et a priori penes genus obiecti & intentionem finis:& libidinem ſeu conatum voluntatis maiorem vel minorem:& cauſam motiuam:tempus & locum:& penes damna inde ſequentia quę peccans prȩuidebat aut prȩuidere tenebatur.

OMNIS actus cuius finis intētus eſt peccatum mortale:mortalis eſt:ſiue intendatur actu ſiue habitu. Qđ ſcitur ſi operās interrogatus cur hoc fecit: & aduertens:tandē reſpondebit:ad hunc finē feci.

ACTVS qui aliunde nō eſſet mortalis: & fit propter finem ſolum venialem: videtur eſſe ſolū venialis:niſi forte prȩſtituatur finis ille vt vltimꝰ & quietans:& non ſolum vt incidens & minus principalis actu vel habitu.

NON OMNIS actus peccati eſt fruitio creaturæ vel vſus eius:ſed quandoq; eſt abuſus ſolum venialis,quandoq; mortalis. Non enim oportet vt in omni peccato creatura cōſtituatur finis vltimatus abutentis ea.

SIQVIS mouetur occaſionaliter ſolum ex peccato mortali ad aliquem actum faciendum: non opor

tet illum actum eſſe peccatum mortale:ſecus ſi cau ſa principalis huius actus eſſet mortale delictum.

DILIGI poteſt deus propter finem mercedis,qui ipſemet eſt.Aut prout ly ꝓpter diceret finē ſubor dinatum ſub vltimo fine. Aut prout cauſam moti uam minus principalem denotaret.alias non.Simili ter de euaſione damnationis diceretur.

BONITAS naturalis conſequitur ad ens.Et hęc nō habet oppoſitam malitiam. Bonitas vero & ma litia moralis de genere ſumitur ex obiecto: ſed tota lis bonitas moralis ſpecialiter pendet ex circunſtan tiis finis:& aliorum ſimul adunatis. Malitiam vero ex vnius illarum circūſtantiarum carentia dicimus reſultare.Sed bonitatem gratuitam & meritoriam gratia gratum faciens operatur.

CIRCVNSTANTIARVM alię ſunt ſolū con comitantes actum:& hę nec addunt nec diminuūt ad peccatū.Aliæ dicunt informantes: quia ad act9 vt moralis eſt:integrationem & informationem exi guntur & intrant.

MVLTA ex genere mortalia ſunt: quorum ſimi lia poſſunt effici bona dum trahuntur extra ratio nem ſuam.Quemadmodum dolere de libertate: de bono alterius:eſt mortale delictum.Si vero hoc fiat pro zelo iuſtitię boni cōmunis,cui cōtrariū eſt tale bonum:ille dolor virtus erit.

PLERVNq; multa ex genere bona eſſent:quę ex

Digitized by Google

aliqua circunſtantia peruerſa : fiũt mala & ſpeciem moralem mutantia.

NON omnis deliberans agit ex deliberatione:ſicut nec omnis ignorans agit ex ignorãtia:aut contemnens ex contemptu. Poteſt enim progredi aliquis in actum primorum motuum dum actu deliberat quid agendum:non tamen ex deliberatione aget : ſed ex effreni appetitu:& ex motu paſſionis. Dicitur autem aliquis agere ex aliqua cauſa: quãdo ſi non eſſet illa cauſa:ipſe ab agendo ceſſaret. Accipiendo large agere,prout ad omittere protenditur.

DVOBVS bonis propoſitis quandoq; ad neutrum obligor:quandoq; ad vnum illorum : non ad alterũ:quãdoq; ad ambo ſub diſiunctione ſolum. In quo caſu non teneor ſimpliciter eligere maius bonum,ſi ſit mihi difficilius:neq; etiam ſi ſit facili9:& habeam rationabiles cauſas illud dimittendi & aliud agendi.Exempli gratia ad experiendam propriã libertatem:quoniam ars perfecta non deliberat.Sicut ex virtute agit aliquis bene quaſi ſubito : ſic ex peruerſa aſſuefactione vitioſus quaſi repente præcipitatur in culpam.Et ita male habituat9 in vitiis: vt in iurando: concupiſcendo:odiendo:inuidendo: & ſimilibus: fere demeretur continue:ſicut virtuoſo aſſidue merces creſcit:vt verum ſit : Qui iuſtus eſt:iuſtificetur adhuc:& qui ſordidus eſt: ſordeſcat adhuc.

NVLLVM deſiderium rei illicitę factum tantũ modo ſub conditione actualiter vel habitualiter ad hibita : eſt de per ſe mortale delictum:de per accidens tamen propter appetitus ſenſualis commotionem nimiam:quę ſcienter dimittitur inualeſcere ex talis deſiderii continuatione libera:poteſt ipſum inter mortalia deputari:qa qui amat periculum,peribit in illo.

NVLLVS agens bene ſecũdum omnes circunſtantias,dici debet dare ſcandalum alteri quantumcunq; ſcandalizetur ille . Scandalum enim eſt dictũ vel factum minus rectum præbens alteri occaſionem ruinæ.Nam in via omnino recta ſiquis ceciderit:non ex ſcandalo viæ ſed ex ꝓprio defectu prouenit . Solus ille ſcandalizat actiue: qui aduertens aut aduertere debens:alios proniores eſſe ad peccandũ ex modo ſuo agendi qui ſibi non eſt in præcepto,nihilominus ipſe operari nõ deſiſtit. Secus in caſibus hic excluſis : vbi ſcilicet malitia propria eſt ſcandalum gratis acceptum:vbi pręterea nõ eſt aduertentia nec eſſe debet de ſcãdalo alterius: & vbi quis ad illud operandum teneretur.

ILLE DICITVR ex malitia ſua peccare & ſcandalum accipere non ex actu alterius : qui informatus ſufficiẽter de bonitate huiuſmodi actus : nihilo minus cadit in ruinam:vt ſi ex voto religionis omiſſo parentes poſt ſufficientẽ de religionis perfectio

ne informationẽ ſe ſcandalizari conquerantur: ſcandalum eſt hoc non iam puſillorum: ſed Phariſſęorũ acceptum ſcilicet: non autem datum.

QVILIBET ab omni actu cui non eſt aſtrictus aliunde: tenetur deſiſtere: quando timet: aut timere debet ſecundum vehementem coniecturam ſcandalum puſillorum: quouſq; de illo compeſcendo diligẽtiã compleuerit: niſi forte pro communi vtilitate vnctio ſpiritus ſancti doceat illud tunc agendum: vt Chriſtus fecit in publicatione veritatis ſacramenti.

PRAEMISSIS autem bonum ac vtile viſum eſt addere Canticum Athanaſii, videlicet Quicunq; vult ſaluus eſſe &c. vna cum ſubſequenti familiari explanatione magiſtri Iudoci Clichthouei doctoris theologi Pariſiẽſis. Vnde hoc canticum vulgo inſcribitur Symbolũ Athanaſii. Dicitur autem Symbolum latine collatio: ſiue quod plures in vnum conferunt: vt cõuiuium & cœna: in quã comparandam plures ſuam quiſq; pecuniæ portionem cõtribuunt. Et quoniam Apoſtoli abinuicem diſceſſuri ad euãgeliũ toti mundo annunciandũ in vnũ contulerunt id quod eorũ quiſq; de deo fideq; catholica ſẽſit: idcirco huiuſmodi collectio duodecim articulorum fidei ſcd̃m duodecim

Digitized by Google

Apoſtolorum numerũ dicitur Symbolum Apłorũ quod certam & præſcriptã fidei orthodoxę regulã cõtinet:& quotidie ad preces Primæ & Completorii in eccleſia profertur.Ipſa quoq; eiuſdem fidei catholicę cõfeſſio in cõcilio Niceno ex multis in vnũ collata,& ad damnãdas pullulantes hæreſes multis expreſſius adiectis adaucta:dicitur Symbolũ Nicenum:quod in auguſtiſſimo altaris ſacrificio continuo poſt euangelium pronũciatur.Deniq; tertio loco hęc ſacroſanctę fidei norma:ab Athanaſio Epiſcopo Alexandrino contra Arrianam impietatem fortiſſimo athleta:& poſt mille perſecutiones ac tribulatiões(quas hiſtoria Eccleſiaſtica libro decimo latius proſequitur)glorioſo triumphatore compoſita:dicitur a nomine authoris Symbolum Athanaſii.Quod tãta quidem auctoritate receptum eſt ab vniuerſali eccleſia:vt celebri ſanctione inſtitutũ fuerit ipſum ad Primã inter pſalmos quotidie cantari debere.Neq; id ab re.Nempe complectitur dilucide & aperte omnia quæ de ſublimi diuinoq; myſterio ſummæ trinitatis:& icarnatiõis dominicæ ſunt pie & religioſe ſentienda:q̃ ea tẽpeſtate contra hęc duo præcipua catholicæ fidei ſacramenta frequentes & pernicioſę pullulabant hęreſes,atq; impia hoſtium eccleſiæ catholicę dogmata,quæ omnia per hãc rectam fidei aſſertionem eliduntur prorſus & exploduntur.

QVICVNQVE vult ſaluus eſſe:ante omnia opus eſt vt teneat catholicā fidem. Quam niſi quiſq; integram: inuiolatamq; ſeruauerit, abſq; dubio in æternum peribit. Fides autem catholica hæc eſt:vt vnum Deum in trinitate:& trinitatem in vnitate veneremur.

Catholicum græcum nomen:idem ſignat quod vniuerſale. Inde Catholica fides dicitur quam vniuerſalis tenet eccleſia:quæ in toto terrarum orbe vna omnium eſſe deberet: ſecundum illud Apoſtoli. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Verum hanc fidei vnitatem indiuiduam diſrumpere ac diſcindere ſemper molitus eſt inimicus veritatis:& eius loco varios diſſeminauit errores:abduxitq; plures a recto calle in deuia:& a plana ſemita ī diuerticula impietatū. Proponit autem huius cantici exordium:& finis ipſius itidem repetit neceſſitatem amplectendæ fidei:vt exinde ſtudioſius enitantur omnes ad ſynceritatem & integritatem ipſius aſſidue tenendam. Quoniam vt ſcribit Apoſtolus ad Hebræos: ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum: quia eſt: & inquirentibus ſe remunerator fit. Et Dominus in euangelio ait. Qui non crediderit: condemnabitur. Rurſum in alio euangelii loco. Qui incredulus eſt filio, non videbit vitam: ſed ira Dei manet ſuper eum.

Neq; confundentes perſonas:neq; ſubſtātiam ſeparantes. Alia eſt enim perſona patris:alia filii:alia ſpiritus ſancti. Sed patris & filii & ſpiritus ſancti vna eſt diuinitas:æqualis gloria:coæterna maieſtas.

Perſonas diuinas cōfunderet:qui ſublata diſcretione perſonali, eandem prorſus diceret eſſe perſonā patris,& filii,&

ſpirit⁹ ſancti.vt aſtruxit Sabellius & eius affectatores:nõ at tendentes ſcripturam dicentem,ꝙ tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cœlo,Pater,Verbum,& ſpiritus ſanctus. Subſtãtiã vero diuinitatis diuideret:q aliã atq; diuerſam poneret ſub ſtantiã patris,& filii,& ſpiritus ſancti.vt cõfinxit infelix Arrius,& eius aſtipulatores:qui grauiſſimo turbine & diuturno totam cõcuſſerunt eccleſiam,ſed tandẽ nõ preualuerũt: quinimmo vicit veritas.Neq; iſti etiam attenderũt ſcripturam ſanctam:eodem loco cum ſuperiore ſententia ſubiungẽtem.Et hi tres:vnum ſunt.¶Inter has autẽ duas extremas voragines,Scyllã & Charybdim,eccleſia ſancta tuto curſũ deducit cymbam fidei:profitens alium eſſe patrem,alium filium,alium ſpiritum ſanctum,attamen eandem prorſus ipſorum trium eſſe naturam,eſſentiam,& deitatem.

Qualis pater:talis filius:talis ſpiritus ſanctus.

Id nequaq̃ eſt intelligendũ in proprietatibus ſingularib⁹ perſonarũ diuinarũ:& diſcretionibus earum perſonalibus: quoniã illæ ita vni perſonarũ ſunt propriæ,ꝙ reliquis duabus ſunt incõmunicabiles.Solus enĩ pater ingenitus eſt:nõ filius:neq; ſpiritus ſanctus,quandoquidẽ ingenitus hic dicitur,q ab alio minime prodit ac emanat.Similiter filius dicitur genitus:nõ tamẽ pater,neq; ſpiritus ſanctus.Deniq; ſpiritus ſanctus dicitur procedens:nõ autem pater,neq; filius. Sed hęc propoſitio applicanda ſolum eſt ad communes proprietates atq; eſſentiales:totam cõcernentes deitatem,naturamq; diuinam,quales ſunt potẽs,ſapiens,bonus,perfectus, incircũſcriptus:& cæteræ id genus.Quod ſatis liquet ex deductione particulari hic facta per exempla deinde ſubiũcta: in qua nominanť hæ ꝓprietates,increatus,immenſus,æternus,omnipotens:quę toti diuinitati cõmunes ſunt:& cuiq; diuinarum perſonarum etiam ſingillatim attribuuntur.

Digitized by Google

Increatus pater:increatus filius:increatus ſpiritus ſanctus. Immenſus pater: immenſus filius: immenſus ſpiritus ſanctus. Aeternus pater: æternus filius: æternus ſpiritus ſanctus. Et tamen non tres æterni:ſed vnus æternus. Sicut non tres increati: nec tres immenſi:ſed vnus increatus:& vnus immēſus.

Similiter omnipotens pater: omnipotens filius: omnipotens ſpiritus ſanctus. Et tamen non tres omnipotentes: ſed vnus omnipotens. Ita deus pater:deus filius:deus ſpiritus ſanctus.

Creatum id dicitur quod ex nihilo ad eſſe deductum eſt: vt quicquid citra deū in rerum vniuerſitate ſubſiſtit:creatum eſt:ſiue creatura.Ex oppoſito increatū eſt:quod ſubſiſtit quidem:nō tamen a nihilo ad eſſe perductū. Et id ſane ſoli deo conuenit.Immenſum vero ſiue infinitum eſt quod ſuę magnitudinis & plenitudinis non habet terminos: ſed per omnia diffuſum certis caret limitibus quibus cōtineat. Et hoc itidem ſolius dei eſt proprium.Nam cætera omnia: ſuis finibus & metis determinata ſunt. Aeternum autem quod ſuę durationis principio caret:pariter & fine:vt ſcilicet ſemper fuerit & ſemp futurū ſit.Et idipſum etiam ſoli deo cōpetit:cū cætera omnia ſui eſſe habeant initiū.Denique omnipotens dicitur deus:quia inſuperabilis eius virtus in oīa poſſit:vt nihil occurrat quod eam debilitare: aut irritā facere,exhaurireve queat.Deus autem dicitur:quia naturę excellentia cuncta longe exuperans:omnia proſpiciat:omnibuſque benigne prouideat.Dominus vero:quia omnium quę ſubſiſtunt dominatum gerat:& teneat principatum.Nam regnum eius eſt regnum omnium ſeculorū: & dominatio eius in generatione & generationem.

7

Et tamen non tres dii: ſed vnus eſt deus. Ita dominus pater: dominus filius: dominus ſpiritus ſanctus: Et tamen non tres domini: ſed vnus eſt dñs. Quia ſicut ſingillatim vnāquāq; perſonā: Deū aut dominū confiteri: chriſtiana veritate compellimur: Ita tres deos ac dominos dicere: catholica religione prohibemur.

Si Ioannes eſt homo: & Petrus hō: & Paulus homo: Ioannes: Petrus: & Paulus ſunt tres homines & nō vnus homo: quia in tribus illis ſingularibus eſt ſubſtantiarū diuerſitas ſecundum numerū & multitudo: & ita in quibuſcunq; rerum creatarū eiuſdē ſpeciei indiuiduis. At non eodem modo cū pater ſit deus: & filius deus: & ſpiritus ſanctus deus: qs recte poſſit colligere q̧ pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt tres dii: quia non eſt in diuinitate, ſubſtātiarū differentia, multitudo, aut vlla diuerſitas: ſed tres illę ſuperdiuinę pſonę ſunt vnus De⁹: qm̄ vnica ipſarū eſt & eadē ſubſtantia. Et quoniā nomē Deus ſubſtātiā ſignat, & eſſentiale eſt nomē: in numero plurali inſinuat pluralitatē: numerum & multitudinem ſubſtantiarū diuinarū: quę in deitate nequaq̄ habet locum. Idcirco nunq̄ admittendum eſt: q̧ tres diuinę pſonę ſint tres dii: aut plures dii: neq; ſacri auctores vnq̄ tribuent aut recipiēt id loquendi genus, ne videantur deorum multitudinem aut turbā inducere. Et eadem ratione: caeterorum nominū hic adductorū: vtputa increatus, immenſus, aeternus, omnipotens, dominus, vnūquodq; de ſingulis diuinarum perſonarum ſeorſum & ſingulariter dicitur: non tamē poteſt aliquod eorum: pluraliter de ipſis tribus perſonis ſimul ſumptis: vere & catholice enunciari.

Pater a nullo eſt factus: nec creatus: nec genitus.

Digitized by Google

Filius a patre ſolo eſt:non factus nec creatus: ſed genitus.Spiritus ſanctus a patre & filio:nō factus:nec creatus :nec genitus:ſed procedens. Vnus ergo pater:non tres patres.Vnus filius:non tres filii. Vnus ſpiritus ſanctus:non tres ſpiritus ſancti.

Factum id dicitur:qđ ex nihilo aut materia extrinſeca eſt formatū. vt totus mundus a deo factus eſt:quoniam ex nihilo cōditus: & ipſe vere dicitur factor cœli & terrę. Dom⁹ itidē ab artifice dicitur facta ex lapidibus & lignis: quia ex preexiſtēte materia eſt conſtructa.Et quoniā nulla diuinarū pſonarum a nō eſſe ad eſſe deducta eſt:neq̧ ex ſubſterniculo extrīſeco formata:nulla ſane earū,facta dici pōt:quare neq̧ creata.Eſt enim creatū inferius atq̧ cōtractius,ꝙ factū. Nā ſiquid creatū eſt:conſequēs eſt ipſum & factū eſſe: nō tamē ediuerſo.domus enim ab opifice facta eſt: nō tamen creata. ¶Porro genit⁹ dicit̃:qui ex alterius ſubſtātia pdiit,ipſi producēti ſecundū naturā omnino cōſimilis. Et inter tres diuinas perſonas:ſolus quidē filius genitus dicitur. Nam ex ſolius patris ſubſtātia:& pxime ac ſine alteri⁹ interſtitio perſonę pductus eſt.Spūs autē ſanctus: neq̧ proxime a patre: neq̧ a ſolo producit̃ patre(qđ tamē ad geniti rationē in diuinis exigitur)ſimiliter neq̧ a ſolo emanat filio. idcirco nō debet dici genitus.¶Demū procedēs dicitur diuina perſona:quæ ex duabus mutui amoris cōſpiratione ſocietateq̧ pducit̃:quibus eſt cōnaturalis:coeſſētialis:& cōſubſtātialis. Et ſoli ſpiritui ſācto conuenit huiuſmodi proceſſio:neq̧ vnꝙ debet pater aut filius dici procedens. Verum hæc abditiſſima proprietatum diuinarum myſteria omnem ſuperant ſermonē & mentis captū.Tantula tamen dicta ſunt: vt vel vocabula ipſa rudi quadā declaratione innoteſcant.

Digitized by Google

Et in hac trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus: ſed totæ tres perſonæ coęternæ ſibi ſunt & coęquales. Ita vt per omnia (ſicut iam ſupra dictum eſt) & vnitas in trinitate: & trinitas in vnitate veneranda ſit. Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de trinitate ſentiat. Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: vt incarnationē quoqꝫ domini noſtri Ieſu Chriſti vnuſquiſqꝫ fideliter credat. Eſt ergo fides recta: vt credamus & cōfiteamur quia dominus noſter Ieſus Chriſtus: dei filius: deus & homo eſt. Deus eſt ex ſubſtantia patris ante ſecula genitus: & homo eſt ex ſubſtantia matris in ſeculo natus.

Hoc loco prius & poſterius durationē reſpiciūt: maius vero & minꝰ, quātitatē, & qualitatē: eo qdē modo quo illa deo poſſunt attribui: qui ſup oēm quantitatē & qualitatē eminentiſſime collocatus eſt. Itaqꝫ nō eſt vna diuinarū pſonarū prior duratione q̄ altera: vt pater q̄ filius. Nā filius eſt patri coęternꝰ: vt lux intima, ipſi coęua ſoli. Neqꝫ itidē ſpūs ſanctus duratione poſterior eſt q̄ pater & filius, q̄uis ab ipſis prodeat. Sed etiā eſt ipſis coęternus: ſicut calor ignis intrinſecus: igneę luci, & ipſi pariter igni eſt ęquęuus. Similiter pater non eſt maior filio aut ſpiritu ſancto: ſecundū perfectionem, virtutē, ſapientiā, aut bonitatē. Neqꝫ filius aut ſpiritꝰ ſanctus in illis eſt poſterior patre: ſed eadē & ęqualis eſt triū perſonarū perfectio, magnitudo, virtus, ſapiētia, bonitas. Et ex hoc omnino cōfutatur Arriana veſania ponens in ſuperdiuina trinitate inæqualitatem & diſſectionem.

Perfectus deus: perfectus homo: ex anima ratio-

nali & humana carne ſubſiſtens. Aequalis patri ſe-
cundum diuinitatem:minor patre ſecundum huma
nitatem. Qui licet Deus ſit & homo:non duo ta-
men,ſed vnus eſt Chriſtus. Vnus autem non con-
uerſione diuinitatis in carnem:ſed aſſumptione hu
manitatis in Deum. Vnus omnino non confuſio-
ne ſubſtantiæ:ſed vnitate perſonæ.

Circa ſanctiſſimã domini noſtri Ieſu Chriſti incarnationẽ
duę potiſſimũ inſurrexerũt hęreſes cæteris nocẽtiores.Vna
quidem:negantiũ duas in eo naturas diuinam & humanã
permanſiſſe poſt vnionẽ integras & ſaluas:ſine cõfuſione &
cõmixtione:ſed dicentium nũc diuinitatem in carnem eſſe
mutatam:nunc vero carnẽ a diuinitate abſorptam:nũc au-
tem illas ambas in vnam tertiã naturam eſſe coalitas & per
mutatas.Et hęc eliminatur in præſenti verſu cũ dicit̃ Chri
ſtus eſſe perfectus Deus & perfectus homo. Si enĩ perfectus
eſt Deus:habet integre & plene naturam diuinã:& proprie
tates deitatis naturales.Et ita cũ perfectus ſit homo:ſeruat
incolumẽ in ſe ac impermutatam naturam humanã : cuius
& partes ſubſtãtiales animã & corpus:& proprietates natu
rales etiã obtinet.¶Secunda hæreſis fuit negantiũ in Chri-
ſto vnitatẽ perſonę:& aſtruentium alium eſſe filium Dei:&
alium filiũ hominis:vt hoc modo negarent Chriſtũ aut ve
rum eſſe deum:aut verũ eſſe hominẽ.Et hæc grauis impie
tas damnatur in illo verſu præſentis cantici:qui dicit ꝙ nõ
duo:ſed vnus eſt Chriſtus.Nempe vnus & idẽ numero eſt:
qui ante incarnationẽ ſolum Deus erat & Dei filius:poſt in
carnationẽ vero etiã homo & hominis filius:in ſe vno duas
integre & vere complexus naturas : & ſecũdũ eas diuerſam
recipiens & plerunq; contrariam denominationẽ.Siquidem
ſecundum deitatẽ:Deo patri æqualis eſt: vt ait Apoſtolus.

Qui cum in forma Dei eſſet:non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo.Et ſicut ſecundum humanitatem minor eſt patre:ſicut ipſe ait in euangelio:Pater maior me eſt : Ita ſecundum diuinitatem intemporalis eſt, incircunſcriptus, immenſus:ſecundum humanitatem vero:temporalis,circū ſcriptus,finitus.Neq̨ iſta adinuicem repugnant : quoniam ſumuntur ſecundum diuerſa.

Nam ſicut anima rationalis & caro:vnus eſt homo:ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra:deſcendit ad inferos : tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad cœlos:ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

In hac manuductione ſenſibili:ſumēda eſt ſolum ſimilitudo ſecundum id in quo ea quæ adinuicem comparanť,conueniunt:vtpote quemadmodū anima rationalis & corpus humanum:diuerſę inter ſe ſunt naturę,vna corporalis,altera ſpiritualis:nihilominus tamen vniuntur in vno & eodē homine:& poſt vnionem manēt ſaluę:vt neq̨ anima in corpus tranſeat,neq̨ corpus mutetur in animam : quinimmo naturales vtriuſq̨ proprietates omnino manēt incolumes: ita natura diuina & humana,penitus diuerſæ:coniunguntur in vno eodemq̨ Chriſto:& poſt coniunctionem manēt (ſaluis etiam ſuis proprietatibus)abinuicem diſtinctę & inconfuſæ.¶Diſſimilitudo vero inter hęc,alia ex patre comperitur:ſcilicet φ anima rationalis & caro ſiue corpus humanum cōcurrunt tanq̄ partes ſubſtantiales ad conſtituendā tertiam naturam ſcilicet humanam.Non autem hoc pacto deitas & humanitas conueniunt in Chriſto ad conſtituēdū aliquod tertium:ex illis tanq̄ partibus compoſitum: ſed ibi

eſt ſimpliciſſima & ſine cõpoſitione:plurium in vnũ coadunatio. Non enim poteſt diuinitas ſumma, ob ſuam imparti bilem ſimplicitatẽ:alicuius ingredi cõpoſitionem. Verum ſecundũ hoc quod in his & illis inuenitur diſcrepãs: nõ debet hic ſumi comparatio:neq; necti argumentum.

Ad cuius aduentum:omnes homines reſurgere habẽt cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt de factis propriis rationẽ. Et qui bona egerunt:ibũt in vitam æternam: qui vero mala: in ignem æternum. Hæc eſt fides catholica:quam niſi quiſq; fideliter firmiterq; crediderit:ſaluus eſſe nõ poterit.

Id ſane intelligendum eſt de iis:in quib⁹ non eſt prius cõpleta reſurrectio corporũ. Nam qui iam ad vitam immortalem reſurrexerunt:vt ſacratiſſima virgo Maria, & ſancti illi patres qui Chriſto conſurrexerunt:non ſunt denuo reſurrecturi.

FINIS Enchiridii Sacerdotalis collecti opera & induſtria Reuerẽdi in Chriſto patris. D. Ioannis Marrę Condomieñ. Epiſcopi laudatiſſimi.

In huius Enchiridii plane aurei commendationem lectoré ſic affatur Iodocus Badius Aſcenſius.

Suſcipe Ioannis Marręi dogma probatum
Lector,& heroo pectora dede viro.
Qui ſuperintendens & verus epiſcopus,vnus
E multis,curam fert gregis egregiam.
Nam credenda illi,ſperanda,& amanda libello
Hoc monſtrat Solis lámpade lucidius.
Proinde o ſancta tribus,genus o regale,ſacerdos:
Hoc tibi præ cunctis fac redimatur opus.

Ex officina eiuſdem Aſcenſii iterum ad Septimum Calendas Septembres.Anni M.D.XX.
Deo gratiæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[redacted] [redacted]
Carmel. Diſcal. Ro n:.